



D. Thomas

Boetii viri celeberrimi, de consolatione Philosophie liber, cum optimo cõmen= to beati Thome.

Colonia

Tabula

¶ Incipit tabula sup libros de cõsolatione philosophie ẜm ordinem alphabeti

Accidiosi ⁊ viciosi arguunt libri q̄rti metro vij
Accusatio crudel. li. i. p. iiij
Accusatio boetij erga regē habuit tria vicia li. i. pro. iiij
Actus q̇libet req̇rit ordinē tp̄is et loci li. i. me. vi In vere flores ⁊ autumno vue colligunt. ibidem
Actus seq̇tur ꝯditionē potētie cuiꝰ est actus li. v. pro. iiij
Aduersa fortuna plus ꝓdest q̄ ꝓspera li. ij. pro. viij
Aduersa bonis. prospa malis q̄re ꝯtingant li. iiij. pro. vi
Aduersa ac ꝓspera adueniunt bonis ⁊ malis li. iiij. pro. vij
Aduersitas veros amicos ostēdit li. ij. pro. viij
Aduersitati fortune dolendū non est ꝓpter q̇nq̄ li. ij. pro. p
Aduersitate nō debet sapiens molestari. nec fortis multitudie hoīm terreri li. iiij. pro. vij
Aduersitate ⁊ ꝓsperitate vt se homo eq̄liter habeat hortatur exēplis li. iiij. me. vij
Affectiones q̄tuor. s. gaudiū spes timor ⁊ dolor impediunt cognitionē veri li. p. me. vij
Affectus q̄tuor sunt req̇re cathene
Afflictis ē ꝯdolendū li. p. pro. iiij
Ager mentē hoīs delig̃t li. iij. me. p
Aliena ꝓbitas ⁊ pulchritudo hoīez nō decorant li. ij. pro. v
Amātibꝫ q̇s dat legē li. iij. me. xij
Amiciciā dissimilitudo dissoluit li. p. pro. iij
Amicoꝝ triplex genus li. ij. pro. iij
Amicū inuenisse est p̄ciosissimū diuitiaꝝ genus li. ij. pro. viij
Amicus verus req̇re aduersitas
Amicos fortuna. infortuniū inimicos facit li. iiij. pro. v
Ammiratōis exemplū de septē stellis/et de eclipsi lune li. iiij. me. v
Ammirātur/homines de illo quod raro fit ibidem
Ammirari fecit senes phari ibidē
Amor diuinus tria facit in hoībus li. ij. me. viij
Anaxagoras phus stulticiā hoīm solem pro deo colentiū reprehendit li. p. pro. iij
Anime felicitas in morte nō terminatur li. ij. pro. iiij
Aīaliū diuerse sūt figure li. v. me. v
Animalia cetera p̄ter hoīem caput demergunt ibidem
Anni sunt q̄tuor ꝑtes li. p. me. v
Anni ꝑtes q̄tuor req̇re regimē dei
Animi trāsformatio peior est q̄ corporis li. iiij. me. iiij
Antiquoꝝ etas fuit sine cupiditate li. ij. me. v
Appetūt oīa ꝑmanere req̇re bonū ē
Appetitus req̇re ꝑmanentia
Appetitus ē duplex li. iij. pro. xi
Appetius require desideriū
Area fortune quare mundus dicit li. ij. pro. p
Arma phie li. p. pro. ij
Artes liberales dicunt lac ibidē
Asinus ad lyrā est hō sine attētione verba sacra audiēs li. p. pro. iiij
Asinꝰ dr piger seu tardꝰ li. iiij. p. iij
Auari dicunt canes li. p. pro. iiij
Et hoc idem habet li. ij. me. ij
Auari insaciabiles. et auaricia vadit in infinitū li. ij. me. ij
Aues tenebraꝝ req̇re tenebre
Auriga req̇re currus
Auarus req̇re lupus
Autūnus req̇re tp̄s autūnale
Auxiliū diuinū in minimis dꝫ inuocari li. iiij. pro. ix Auxilij diuini inuocatio a boetio li. iij. me. ix
Arbitonsor require securitas
Beatē tunc respublice stꝫ si ꝑ sapiētes ⁊ studiosos regant li. p. p. iij

Tabula

Tabula

Tabula

Tabula

Tabula

Tabula

Tabula

Tabula

¶ Finit tabula

Prohemium

¶ Boetij Romani ⁊ oratoris celeberrimi libri de consolatione philosophie. ⁊ cōmentarius eximij preclariq̄ doctoris sancti Thome sup eosdem Incipiunt feliciter:

Philosophie seruias

oportet. vt tibi cōtingat vera libertas Nec sunt verba Senece. octaua ep̄la ad Lucilliū. Quia vocari philosophiā sciam veritatis recte se habet. ex scdo metaphisice. Et phia affert delectatiōes mirabiles, firmirate ⁊ puritate. ex scdo ethicoꝝ. Et multis visa est phia res mirabilis et diuina. ex de celo ⁊ mundo Arestotel'. ¶ Item q̄ nulla scia similis est phie, que clarificat animā, ⁊ facit delectari eam in hoc seculo in pfcōne et rectitudine. ex libro de pomo ⁊ morte Aresto. Et phia trahit hominē ab obscuritate ignorātie ad sciam. a tenebris stulticie ad lucem sapie ⁊ ad claritatē intellectus. ex eodē libro. Item q2 phia a supstitione liberat. metu mortis nō cōturbat. fm Tullium in libro de fini. bo. ⁊ ma. Ideo Seneca has ⁊ cōsimiles cōditiones ⁊ effectus laudabiles phie aduertēs, hortatur nos ad seruitium phie in ꝓpōne ꝓposita sic dicens Phie seruias oz. Que quidē ꝓpositio potest ꝓbari multis rōnibꝫ. Primo sic. illi oportet seruire ꝑ cuius seruitutē homini cōtingit vera libertas. sed phia est hmōi. ergo ⁊c. Maior est nota. q2 libertas est nobilissima cōditio. quā natura humana desiderat ⁊ affectat. Minor pꝫ ꝑ eundē Senecā. qui postq̄ pmisit ꝓpōez istam Phie seruias oz. subiungit vt tibi cōtingat vera libertas Et paucis interpositis dt. Hoc eñ scꝫ ipm seruire phie, libertas est ¶ Probat̄ secūdo sic. Illi oportet seruire qd animū perficit. vitam disponit. actiōes regit agenda ⁊ omittēda demonstrat. ⁊ sine quo nemo est securus. sed phia est hmōi. ergo ⁊c. Maior est nota. nam iste cōditiones sunt de pfcōne homīs Minor declaratur ꝑ Senecā. xvi. ep̄la ad Lucilliū loquens de phia dt Hec animū format ⁊ fabricat. vitam disponit. actiōes regit. ⁊ omittēda demōstrat. sedet ad gubernandū errantia. fluctuantiū dirigit cursum. sed sine hac nemo est securus ¶ Probat̄ tercio sic. illi est seruiendū quod tradit cognitioni vltimi finis magnū incrementū. sed phia est hmōi. ergo ⁊c. Maior est nota. q2 cognitio vltimi finis magnū incrementū confert ad vitam. ex pmo ethicoꝝ. Minor declarat̄. nam vltimus finis vite humane, est beatitudo. cuius cognitionē phia tradit Dicit eñ phia in. iij. de cōsolatione ꝓsa. ij. q̄ beatitudo est status, oīm bonoꝝ aggregatiōe pfectus. Et in eodē tercio, ondit phia, in quo sit vera beatitudo. ⁊ quō ad eam ꝑueniatur. ¶ Probat̄ quarto sic. illi oportet seruire quod facit hoīem parem deo. phia est hmōi. ergo ⁊c. Maior est nota ꝑ se. sed minor ptꝫ ꝑ Senecā xlix. ep̄la ad Lucilliū. vbi dt. Hoc eñ mihi phia ꝓmittit vt me parē deo reddat. Probatur quinto sic. illi est seruiendū quod est magistra oīm scientiaꝝ. nutrix omniū virtutū. summū solatium lapsoꝝ animoꝝ. quod est primū veri luminis. ⁊ cuius exhortatio est recta sui autoritate dignissima. phia est hmōi. ergo ⁊c. Maior est nota. q2 rōnabiliter ꝓpter has cōdi

Prohemium

tiones laudabiles alicui seruitur. Minor declaratur. nam phia est magi-
stra oim virtutū. ex pmo de ɔsol. psa. iij. Ipsa est nutrix oim virtutū. scdo
de ɔsol. psa. iiij. Ipsa est summū solatiū lapsoꝝ animoꝝ. iij. de ɔsol. psa. i.
Ipsa est preuia veri luis. iiij. de ɔsol. psa. i. Et eius exhortatio ē recta sui
autoritate dignissima. v. de ɔsol. psa. i. Sic ergo ptꝫ ꝓpositio declarata. q̄
dicit Phie seruias oportet Sꝫ diceres. quid mihi pdest phia si fatū est
Quid mihi pdest phia si deus rector est. Quid mihi pdest phia si casus
imperat Ad hoc respōdet Seneca. xiij. epl'a sua Siue inexorabili lege
fati nos stringāt. siue deus arbiter vniuersis cuncta disponit. siue casus ac
tiones humanas sine ordine pmiscet. adhuc phie insistendū est. Phia em̄
nos tueri habet. hec em̄ hortatur vt libēter deo placeamus. vt ipm sequa-
mur. vt continue fortune resistamus. ꝛ vt casum feramus Licet aūt om-
nes hoīes natura scire desiderent. tū pauci (de quo dolor est) phie vacāt
quod ideo ɔtingit. quia plures omissis delectationibꝫ interioribꝫ ad dele
ctationes refugiunt corpales. Non tū oportet delectatiōes corpales esse
eligibiliores interioribꝫ delectationibꝫ. quia delectatiōes corpales impe-
diunt a summo bono. interiores aūt ad id pmouent. Unde Boetius in
tractatu de summo bono dicit. Dolere debent qui delectationibꝫ sensua
libus detinent. bona interiora omittēdo. Nam dediti bonis sensualibus
summa bona non attingūt. Quos hoīes sensuales Boetius. iiij. de ɔsol.
psa. iiij. ɔpat vespertilionibꝫ dicens Nequeunt em̄ oculos suos tenebris as
suetos ad lucem pspicue veritatis attollere. similesq̃ sunt auibꝫ quaꝝ in
tuitum nox illuminat. dies excecat. Et licet hoīes sensuales ꝛ vulgares
nō magnificent nomen phie. sed magis blasphemāt. nihilominus tamē
ipsa phia in sua dignitate pseuerat. teste Seneca. xiiij. epl'a ad Lucilliū.
Nunq̃ inualescet ad tantū malitia. neq̃ ad tantū exceditur ɔtra ꝟtutes
vt non nomen phie sacrum ꝛ venerabile pmaneat Sed diceres. philo
sophari nō valeo qꝛ pauper sum. sꝫ si diuitias haberem totū me phie dede
rem. ꝛ hoc videtur rōnabile. qꝛ natura p se nō est sufficiēs ad speculandū
sed oportet cibum ꝛ potum ꝛ reliquū famulatū preexistere. Et p tāto sa
cerdotes egypti habitis necāriis ꝓpter admirari inceperūt philosophari
Hec excusatio rōe paupertatis nō valet. audi Senecā. xvij. epl'a ad Lu
cillium. qui dt. Non est quo nos paupertas a phia reuocet. tolerāda em̄ est
fames quam tolerauerūt quidā in obsidionibꝫ. ꝛ quid aliud erat premiū
patientie illoꝝ q̃ in arbitrium nō cadere. s. inimicoꝝ. quātomagis est ꝙ
promittit ꝑpetua libertas. nullus hoīs timor. ꝛ quod animū liberat a fu-
roribꝫ. multis em̄ ad philosophandū obstitere diuitie. Paupertas aūt expe
dita secura est. si vis animo vacare paup sis. oportet aūt pauperi silis. quia
nō potest studium salutare fieri sine cura fragilitatis. fragilitas aūt est vo
luntaria paupertas. hec Seneca. Uerum est igitur. ad philosophandū exi
guntur necāria. sed sufficiunt homini pauca. non em̄ oportet futurum fe
licem deum terre ꝛ maris esse. qꝛ natura paucis minimisq̃ ɔtenta est. ex
scdo de ɔsol. psa. v. Proijce ergo omnia a te. et ad phiam magno cursu
totisq̃ viribꝫ attende. hec Seneca. xvij. epl'a ad Lucilliū. Phie ergo ser
uias oꝫ. vt tibi contingat vera libertas. vt tibi cōtingat vera securitas. vt
tibi innotescat felicitas. vt par deo fias. ꝛ pcipue vt in aduersitatibꝫ ꝛ tri

bulationib⁹ positus, per ipsam verissime ꝯsoleris, exemplo Boetij. quem
phia, in exilium relegatū, ab omnib⁹ bonis pulsum, dignitatib⁹ exutū, mul
tis miserijs afflictū, dulcissime ꝯsolabatur, De cuius phie ꝯsolatione, agi
tur in libro Boetij, qui intitulat᷑ Liber de ꝯsolatione phie. de quo ad pre
sens nostra est intentio. Hec sufficiant de introductiōe huius libri.

¶ Sꝫ anteq̄ȝ ad lrām accedamus quinq̄ȝ sunt p̄mittenda. Primū est de
causa suscepti operis. Scdm de causis huius libri. Tercium de titulo hu
ius libri ⁊ eius expōne. Quartū de causa intitulatiōis p̄n̄tis libri. Quin
tum de generali summa ⁊ sentētia huius libri ¶ Circa primū, vide
licet circa cām suscepti operis. quare Boetius hunc librū ꝯscripsit, est sciē
dum. ꝙ boetius vir eximius, cōsul rhomanus. fide catholicus extitit. qui
disputās de fide catholica ꝯtra duos hereticos. s. ꝯtra Nestoriū ⁊ Euti
cem. cum nullus esset q̄ eis resisteret. Boetius ipsos in ꝯmuni ꝯsilio deui
cit. sicut pꝫ in libro suo de duab⁹ naturis in xp̄o. Tp̄e vero Theoderici re
gis gothoꝝ, cū idem Theodericus tyrannidē suam ꝯtra rhomanos vel
let exercere ⁊ quoslibet bonos opp̄rimere. Boetius virtute dei armatus,
plus omnib⁹ alijs sibi restitit. ⁊ quos tyrānica rabies inuaserat, Boetius
amore iusticie exponens se ꝑiculis, ipsos liberauit. Uidens aūt Theode
ricus rex gothoꝝ, solum ip̄m boetium resistentē. cogitabat qualiter ipsuꝫ
ꝑderet. Et cum iustam cām ꝯtra eum nō inueniret. duas falsas cās ꝯfin
xit. Dixit em̄ boetium impediuisse quendā delatorem litteraꝝ sibi. q̄ ꝯti
nebant accusationē senatus rhomanoꝝ. vt sic senatus redderet᷑ reus lese
maiestatis. Hanc cām tangit boetius, ꝓsa. iiij. huius ꝓmi. dicens Dela
torem ne documēta deferret quib⁹ senatū maiestatis reum faceret impe
disse criminamur. Scdo accusabatur boetius, ꝙ quasdam lrās direxisset
ad imꝑatorem ꝯstantinopolitanū. ꝑ quas restitueret libertatē pristinā ip
sis rhomanis. Hanc cām tangit boetius, eadē ꝓsa sic dicens Nā de ꝯpo
sitis falso lr̄is quib⁹ libertatē arguor sperasse rhomanā, quid attinet dice
re. His de causis boetius, ꝑ vilesꝑsonas ⁊ infames accusatus. indefen
sus, reus est iudicatus. ⁊ a rege Theoderico Papie in exiliū est relegatus
Boetius aūt sic in exilio positus, preteritā ꝓsperitatē secū reputās. ⁊ pre
sentē aduersitatē ꝯsiderans. ne aliquis hō in simili statu positus desꝑaret
sed vn̄ ꝯsolaretur haberet. philosophicā ꝯsolationē ꝯposuit, ꝯtra mutabi
litatem fortune. Ex quib⁹ dictis pꝫ, ꝙ causa suscepti operis est illa. quati
nus Boetius, se in exilium relegatū, ab omnib⁹ bonis pulsum. dignitatib⁹
exutum videns. philosophice se tueretur. volens ꝯsolari quemlibet hoīem
in simili statu positum. ne desperet, silr esse contuendū ¶ Secundo
videndū est, de causis huius libri. cuius causa efficiens, fuit Boetius. qui
describēs materiā huius libri vtitur tā ꝓsa q̄ȝ metro, imitatus Marcia
num felicem capellam, qui in describēdo nuptias Mercurij ⁊ Philogie
hoc stilo vsus est. de quo fit mentio in Theodolo. vbi dꝛ Egregiam sobo
lem cui per stilbontis amorem Ui superum magna sociasti teste capella
Licet iste liber boetij multum excedat librū martiani tam nobilitate ma
terie q̄ȝ priuilegio eloquentie, Boetius em̄ nec Tullio in prosa. nec Uir
gilio in metro minor reputatur. Utitur autē boetius in hoc libro prosa.
in qua ponit rōnes ad ꝯsolandum ipsum boetium. probando ꝙ non sit

dolendū de amissione rex tpalium. Utitur aūt metro delectabili. vt duz
audiatur meror obliuioni tradat. ¶ Causa materialis hui⁹ libri est phi/
losophica ꝯsolatio. ordinata ad ꝯtemptū mundanoꝝ. ꝛ ad appetitū sum
me felicitatꝭ. vel philosobhica ꝯsolatio ꝑsuadens neminē extolli in ꝓspe/
ris. nec depmi in aduersis. Uel aliter. Cā materialis siue subiectū hui⁹ li
bri est. status miserabilis boetij. philosophica ꝯsolatōe supinducta ¶ Cā
formalis tractatus. hui⁹ libri ꝯsistit. in eius diuisione. de qua videbit post
Cā autē formalis tractādi est. modus agendi boetij. Et est dyalogus. i.
ꝓmo duoꝝ. introducit em̄ boetius in h̄ libro duas ꝑsonas. s. seipm̄ suā mi
seriam deplangentē. ꝛ phiam sibi ꝯdolentē. ꝛ ipm̄ sup sua miseria ꝯsolan
tem. hoc est rōnabile. Nam ꝓm btm̄ Gregoriū. Uerus ordo ꝯsolatōis est
vt cum volumus aliquē a merore suspēdere. ꝓmo studeamus luctui eius
ꝯdolere. Uel ideo. cā formalis. est dyalogus. qꝛ in quadā ꝑte hui⁹ primi
libri phia introducit fortunā. ipsum boetiū alloquentē. vbi incidit q̄dam
figura tropi. q̄ vocatur ethopeia. de qua dicit Grecismus. Ac introducit
aliquos ethopeia loquētes. Ut cum fortuna loq̄tur Boetius ipse. Uel
potest dici ꝓm cōiter loquentes. ꝙ causa formalis tractandi est. q̄ntuplex
scꝫ diffinitiua. diuisiua. ꝓbatiua. improbatiua. ꝛ exemploꝝ positiua. sicut
videbitur in ꝓcessu libri ¶ Causa ꝟo finalis est. vt ip̄o cognito nosipsos
et quoslibet alios. in tribulatiōe ꝛ aduersitatibꝫ positos. philosophica ꝯso
latione tueamur. ꝛ ne extollamur in ꝓsperis neq̄ depmamur in aduersis

¶ Tercio videndū est de titulo huius libri ꝛ de eius expōne. Unde
sciendū ꝙ titulus ꝓm Remigiū sup Donato. est clauis siue ingressus ope
ris seq̄ntis. Et dꝛ titulus a titan. qd̄ est sol. sicut em̄ sol illuminat mundū
sic titulus librū. Et p̄ponitur titul⁹ libro ad ꝯmendationē opis ꝛ ad lau
dem autoris. Est ergo titulus p̄n̄tis libri talis. Anitij. Manlij. Torqua
ti. Seuerini. Excōsulis. Patricij. Ordinarij. Boetij. viri illustris incipit li
ber de ꝯsolatiane phie ¶ Sed q̄ritur. q̄re tot ꝓpria noīa ponunt̄ in titulo
Dicūt aliqui ꝙ forte fuit ꝯsuetudo rhomanoꝝ vt sibi nomīa asscriberēt
suoꝝ auoꝝ ꝛ p̄decessoꝝ. Uel aliter p̄t dici. ꝙ plura noīa ponunt̄ in titulo
propter honorē ꝛ laudē ipsius Boetij. qꝛ ꝓm Senecā in libro de clemen
tia ad Neronē. Multa cognoīa honori data sunt. Sicut em̄ vilis ꝑsona.
nō vult noīari nisi vno nomine. qꝛ quāto plus noīatur. tanto plus cogno
scitur. ꝛ tanto magis sordescit. Sic honesta ꝑsona. vult noīari pluribꝫ no/
minibꝫ. vt sic magis innotescat. ꝛ clarescat alijs. sua fama. nā omne bonuz
in ꝯmune deductū. magis elucescit ¶ Exponit̄ autē titulus sic. Boe
tius dictus fuit Anitius. a quodā nobili rhomano sic dicto. de cui⁹ gene
re ipse fuit. Uel dictus Anitius. q̄si inuictus. ab a qd̄ est sine. ꝛ nicos vic
toria. ꝑ ꝯtrariū. Nunq̄ em̄ boetius vinci potuit. vt flecteret̄ a iure. ad in/
iusticiā. sicut ipse testatur. iiij. ꝓsa hui⁹ primi dicens. Nunq̄ a iure ad in/
iuriam me quisq̄ detraxit. Scd̄o boetius dictus fuit Manlius. quia
de genere manlioꝝ fuit qui erant nobiles rhomani. Tercio boetius di
ctus fuit Torquatus. a quodā nobili rhomano. sic dicto. qui cum singula
re bellum iniret cum quodā de gallia. ipm̄ deuicit. ꝛ torquem in collo ha/
bitum. sibi abstulit. cuius rōne dictus fuit Torquatus. de cuius gn̄e fuit
boetius ¶ Quarto dictus fuit Seuerinus. a seueritate. seuerus em̄ fuit

tum Theoderico regi gothoꝝ se opposuit. Uel dictus fuit seuerinus q̄si sequens veritatē. nūꝙ̄ eī in iudicijs vel amore vł odio flecti potuit a veritate. Quinto boetiꝰ dictus fuit Excōsul. q̄si vnus ex ꝯsulibꝫ rhomanoꝝ. vel excōsul q̄si extra ꝯsulatū positꝰ quē ꝑus habuit Excōsulares dicebanꝫ, qui iā deposuerāt ꝯsulatū. ⁊ licet ab honore ꝯsulatus cessarent, tn̄ postea plus alijs in magna reuerētia habebanꝫ. Sexto dictus fuit patricius, a nobilissimo rhomano sic dicto. de cuiꝰ genere fuit Boetiꝰ Uel alio mō patricij dicebanꝫ nobiles rhomani q̄ prouidebāt reipublice sicut pater filio, quoꝝ noīa scripta erant aureis litterꝭ. ⁊ ideo dicebanꝫ prēs de quoꝝ numero fuit Boetiꝰ. ꝓpter qđ dictus fuit patricius Septimo dicebaꝫ ordinariꝰ. qꝛ rēpublicā ordinauit. Uel aliꝫ, ordinarij dicebanꝫ, q̄ tante dignitatis erant, vt quolibet ordine digni essent. ⁊ sic fuit boetiꝰ Octauo noīe ꝓprio, dictus fuit Boetiꝰ, qđ interp̄taꝫ adiutor. qꝛ in nccitate paupibus subueniebat. Quarto videndū ē de cā intitulatōis huiꝰ libri. Intitulaꝫ iste lib̄ de ꝯsolatōe philosophica ¶ Ubi sciēdū. phica ꝯsolatio, ē rōnalis demrātio. declarās de cuiꝰ amissiōe nō est dolendū. ⁊ de cuiꝰ possessione nō sit gaudendū. ⁊ qꝛ hoc ꝑtractaꝫ in p̄nti libro. iō sic intitulaꝫ. Quinto videndū est de generali summa huiꝰ totiꝰ libri ¶ Ubi sciendū ꝙ Boetius in h̄ libro oñdit bona tp̄alia esse trāsitoria ⁊ nō ꝯsistere totalr̄ in eis totalē ⁊ verā felicitatē, ⁊ ꝑ ꝯn̄s non est dolendū de eoꝝ absentia. nec gaudendū de eoꝝ p̄ntia. ⁊ nemīnē debere extolli in ꝓsperis. nec deꝑmi in aduersis. Ostendiꝫ etiā in p̄nti libro q̄d sit summū bonū. vbi sit sitū. ⁊ q̄uo ad ip̄m ꝑueniaꝫ. Etiā ostendiꝫ ꝙ boni sp̄ sunt potētes, ⁊ mali sp̄ sunt impotētes, ⁊ ꝙ bonis nunꝙ̄ desunt sua premia, malis nūꝙ̄ sua supplicia. Post hoc ostendiꝫ q̄d sit diuina ꝓuidētia. q̄d casus. q̄d fatū. quid liberꝝ arbitriū Et ponit boetiꝰ rōes q̄bus ꝓbat liberꝝ arbitriū nō posse stare cū ꝓuidētia diuina. ⁊ ponit quorūdā falsaꝫ solutōem ⁊ eā improbat. Postea ostēdit verā solutōem quā rōibus confirmat Ista ⁊ alia plura pulchra determināꝫ in hoc libro. sicut patebit in sequentibꝫ.

¶ Anitij, Manlij, Torquati, Seuerini, Boetij, Ordinarij Patricij, viri excōsul, de cōsolatōe phie liber p̄mus incipit.

¶ Metrū primum heroicum elegiacum

Armina q̄ quondā studio florente peregi
Flebilis heu mestos cogor inire modos

¶ Presens liber Boetij, p̄ma sui diuisione diuidiꝫ, in quinꝙ̄ ꝑtes s̄m ꝙ ponit quinꝙ̄ libros ꝑtiales q̄s ꝯtinet. In p̄mo ꝯqueriꝫ se miserijs subiectū In scđo ponit remedia ꝯsolatiua. In tercio determinat de vera felicitate in q̄ sit sita et q̄uo ad eā ꝑueniaꝫ. In q̄rto mouet q̄sdam q̄stiones ipsi phie. In q̄nto determinat de casu ⁊ ꝓuidētia diuina. Primꝰ liber incipit h̄ (Carmina) Secundus liber incipit ibi (Post hec paulisp̄) Tercius ibi (Iā cantuꝫ illa finierat) Quartus ibi (Nec cū phia. Quītus ibi (Dixerat orōisꝙ̄

Liber Primus

cursum. Quid ⁊ de q̃ agatur in q̃libet libro, patebit loco suo. Primus li-
ber diuidit, in tredecim ptes. qꝛ hui⁹ p̄mi libri sꝫ septem metra, ⁊ sex p̄se.
q̃ partes patebūt. q̃ aūt sit materia ⁊ intentio cuiuslibet ptis sil'r patebit.
¶ Notandū aūt ꝙ primū metrū hui⁹ p̄mi libri, vocat̄ elegiacū. Est aūt
metꝝ elegiacū, quod cōstat ex vno versu hexametro. i. sex pedū. ⁊ alio pen
tametro. i. q̄nqꝫ pedū. Et d̄r elegiacum, ab eleyson quod est misereri. Ele
gia eñ est miseria. Metrū eñ elegiacū inuentū fuit, pro describenda mise
ria. q̄uis eo hodie aliqui vtunt̄ ad alia describenda. vnde Horatius. Ver
sibus impariter iunctis, querimonia primum. Post etiam inclusa est vo-
ti sententia compos. Quis aūt fuerit adinuētor talis metri elegiaci, du-
bitat̄. vnde Horatius. Quis tamen exiguos elegos, emiserit autor Grā
matici certant, ⁊ adhuc sub iudice lis est. Et diuiditur hoc p̄mum metꝝ
in quatuor ptes. Primo deplangit Boetius statum sue miserie, ex pte p
mutationis studij. Secundo ex parte defectus corporalis. Tercio ex p-
te prolōgatōis vite miserabilis. Quarto apostrophat ꝯtra suos amicos.
scđa ibi. Gloria felicis. tercia pars ibi. Mors hoīm felix. q̄rta ibi. Quid
me felicem. Primo facit qđ dictū est. scđo approbat dictū suum ibi Ecce
mihi lacere. Dicit p̄mo, Ego Boetius qui quondaꝫ tpe prosperitatis
studio meo florente, peregi. i. cōposui carmīa. supple delectabilia ⁊ iocūda.
nunc tpe aduersitatis, flebilis. i. dignus vt deflear. vel flebilis. i. tristis. co-
gor inire. i. inchoare, mestos modos. i. tristia metra de mea miseria.
¶ Notandū sicut dictū fuit p̄us, Boetius vtit̄ in hoc libro tam prosa
q̄ꝫ metro. metro qꝛ talis modus scribendi, magis fuit ꝯueniens sue mate
rie. sicut eñ potio curatiua, q̄ amara est, delectabilius sumitur, si fuerit ali-
qua dulcedine ꝑmixta. sic rōes p̄hie in p̄sa tradite, libentius a Boetio sus
cipiunt̄, si fuerint iocunditate metri dulcorate. Et ideo boetius nunc me
tro nunc prosa vtit̄. qꝛ alternatis vti delectabilius est. Vñ autor poetice.
Quod sapit, insipidū viciosa frequētia reddit ¶ Itē nota ꝙ Boetius
potius incipit librū suū a metro q̄ꝫ a prosa. qꝛ modus scribēdi metric⁹, ma
gis fuit vsitatus apud antiquos, q̄ꝫ prosaicus. Vel ideo, qꝛ metrū, est de-
lectabilius prosa. vt ergo magis alliciat audiētes ad suū librū. ideo in p̄n-
cipio libri sui vtitur metro. ¶ Itē nota circa lrām, ꝙ carmina, vno mo
do dicunt̄ scripta metrica, certis pedibus mensurata. Alio mō dicuntur,
quecūqꝫ dicta vel scripta. etiam prosaica, que sunt de re dictabili. Boeti⁹
aūt florente studio, ꝯposuit vt plurimum carmīa prosaica, de re delectabi
li. Edidit enim quedam carmina philosophica. quedā logicalia. quedam
theologicalia. sicut patet respicienti eius diuersos libros. Tpe aūt aduer
sitatis cogebatur boetius ad componēdum carmina metrica tristia.
¶ Item nota, studium, est vehemens applicatio animi, ad aliq̄d agendū
cum bona voluntate. Dico cum bona voluntate. quia in maliuolā ani-
mā non introibit sapientia. Hec Salomon. Et ꝑfectio discipuli in trib⁹
consistit. ex boetio de disciplina scholariū. In attentione. docilitate. ⁊ be-
niuolētia. homini eñ nolenti sciam ⁊, vt opꝫ studenti impossibilis est pos-
sessio boni. Eustratius p̄mo ethicoꝝ ¶ Itē nota ꝙ duplex est studiū.
florens. ⁊ aridum. Ad studiū florēs tria exigunt̄. Primo req̄rit̄ iuuēt⁹. qꝛ
iuuēnes ꝑspicatiores sꝫ senib⁹. senes āt magis sꝫ immemores. Secūdo

requirit̄ habitus necc̄ãriorꝝ. qꝛ natura p se nō est sufficiēs ad speculandum sꝫ oꝫ necc̄ãria existere. ex q̄rto ethic̄. Tercio requirit̄ animi tranq̄llitas que ↄtingit p sedatōē em passionū. qꝛ aĩa in quiete ⁊ residētia fit prudens. vij. phisicorꝝ. Ubi em̄ passiones dn̄antur. ibi intellectus obscurat̄. Jō boeti⁹ in fine huius ṗmi hortando nos ad fugã passionū. dr̄. Gaudia pelle. pelle timorem. Spemq꜄ fugato. nec dolor adsit. Nubila mēs ē. vinctaq꜄ frenis. hec vbi regnant. Studiū aūt aridū est. ad qd̄ concurrūt opposite ↄditiones. s. senectus. necc̄ãriorum defectus. ⁊ animi ꝑturbatio ¶ Nota ꝙ ↄ̄sus de miseria dicūt̄. mesti modi. Dicūt̄ em̄ modi a modulãdo. qꝛ pedib꜄ modulãt̄. ⁊ dicūt̄ mesti rōe materie. qꝛ sꝫ de tristi materia. s. aduersitate ¶ Nota ꝙ in ṗmis duob꜄ ↄ̄sibus notat̄ antithesis. i. ↄtrapō. Dicit̄ em̄ in ṗmo ↄ̄su (q̊ndã pegi) cui ↄtrariat̄ in scd̄o ↄ̄su. cogor inire. i. inchoare. Jtē dr̄ in ṗmo versu (florēte studio) cui ↄ̄riat̄ in scd̄o flebilis. Itē dr̄ in ṗmo ↄ̄su carmina supple iocūda. cui ↄ̄riat̄ in scd̄o mestos modos ¶ Jtē notandū ꝙ boetius rōnabiliter deplãgit statū suū ex ꝑte ꝑmutatōis studij philosophici. qd̄ versū fuit in studiū poeticū. q̊ nūc cogebat̄ vti. ↄposuit em̄ boetius dolorē suū metrice ↄscribere. ⁊ eū philosophice ↄsolari. nam studiū philosophicū est studiū veritatis. qꝛ scd̄o metaph. vocari phiaꝫ scientiã veritatis recte se hꝫ. studiū aūt poeticū est studiū falsitatis. nã ex ꝓhemio metaphice ſm puerbiū. mentiunt̄ multa poete Item p studiū phisicum acquirit̄ beatitudo. ex decio ethic̄. Per studiū aūt poeticū falsitat̄ certitudo. ex scd̄o metaphisice

¶ Ecce mihi lacere. dictant scribenda camene

Et veris elegi fletibus ora rigant

¶ Hic Boetius approbat dictū suū. Dixit em̄ ꝙ cogat̄ inire mestos modos. hoc ip̄e probat. scd̄o rn̄det questioni. ibi. Has saltem. Primo dr̄. Bene dixi ꝙ cogor inire mestos modos. Ecce demōstratio hui⁹ ad sensum. Nã camene. i. muse poetice. lacere. i. lacerãtes mētes hoīm. ille dictãt mihi dicta scribēda supple carmia metrica. ⁊ elegi. i. versus miserie q̊s muse mihi dictant. illi rigãt. i. humectãt ora. i. faciē meã veris fletibus.
¶ Notandū ꝙ ſm poetas nouem fingunt̄ fuisse muse in monte elicone. iuxta fontē cabellinū. de quo fonte loq̄tur Perseus in pn̄cipio sui libri dicens. Fonte cabellino ⁊c̄. Que muse fingunt̄ poetis ministrasse sciam cōponendi carmina metrica. Et iste muse poetice vocabant̄ camene quasi canentes amene. eo ꝙ multum delectant homines ratione metri
¶ Nota ꝙ ille muse poetice dicuntur lacere actiue. qꝛ lacerant. id est distrahunt mentes hominum subijcientes ipsas diuersis passionibus. nūc passioni amoris. nunc doloris. sicut pꝫ p Ouidium de amore tractantē. et p alios poetas. Uel dicunt̄ lacere passiue ratōe poematū suorꝝ. que poemata dicunt̄ lacera. qꝛ non sunt firmitate rōnis stabilita ¶ Ubi notãdū ꝙ quedã carmina dicuntur ītegra quedam lacera. Integra sꝫ carmīa philosophica nulla falsitate permixta. sed firmitate rōnum stabilita. ⁊ animū firmant. Lacera sꝫ carmīa poetica q̄ non instruūt hoīem nec cōsolantur

sed lacerant.i.distrahunt mentes hominum.nunc reducendo homini ad
memoriam voluptates.nunc dolorem.nunc alias passiones ¶ Item
notandum.versus elegi principaliter inuenti fuerunt propter miseriam descri
bendam.et quia hos versus muse dictabant Boetio per quos Boetius ma
gis suam miseriam reduxit ad memoriam, quam per eos consolaretur.ideo elegi
erant causa ipsi Boetio,veri fletus ¶ Item notandū duplex est fletus adu
latorius et verus, Adulatorius qui est fictus,qualis est fletus amasie, Si enim
dixerit amasius ad amasiā.non diligis me.ipsa incipit flere. quare vt per
fletum firmius ipsum tenere possit.cum autem nummos non poterit extor
quere ab ipso dicit. vade garrio te nō noui vere. Alius est fletus verus. qui
ex vero cordis dolore,et ex vera pietate procedit. et ad talem fletum Boe
tius prouocatus fuit per musas,dictātes sibi carmina. ¶ Notandum quod
hec dictio elegi,potest exponi dupliciter.vno modo quod teneatur nominatiue,et tunc est
sensus.elegi.i.versus miserie,rigant ora mea fletibus. Alio modo quod teneatur ge
nitiue.et tunc est sensus.camene,rigāt veris fletibus,ora elegi.i.miseri hominis,
quia elegus a um.i.miser secundum Huguitionem

¶ Has saltem nullus potuit peruincere terror
Ne nostrum comites prosequerentur iter.

¶ Hic Boetius respondet tacite questioni. Quereret aliquis quomodo mu
se dictant tibi carmina scribēda cū sis in exiliū relegatus.quia intrasti sine om
ni comitiua. Ad hoc respondet boetius. Licet omnes amici mei dereliq
runt me in exilio propter timorem imperialem.tamen has musas nullus
terror imperialis potuit vincere quin comites prosequerentur nostrum iter.
vsque in exilium.dictantes nobis carmina. ¶ Notandum licet bona
exteriora possint auferri ab homine per violentiā sicut per furtum.per rapi
nam.per incendium.tamen scientia non potest auferri ab homine.nō enim
scientia violentia aufertur.nec vetustate consumitur.nec tristicia minuit.
Unde Seneca.ix.epistola ad Lucillum recitat.quod cum Stilbon capta pa
tria.amissis liberis.amissa vxore sua et alijs bonis.solus ab incendio exie
rat. Requisitus fuit a Demetrio.nunquid omnia perdidisset respondit.
Nihil perdidi.sed omnia bona mea mecum sunt.iusticia.virtus et prudē
tia.et hoc innuit Boetius dicens musas se non reliquisse. Unde etiam
Alanus in libro de planctu nature de scientia dicit. Super omnem posses
sionem generosa emanat possessio que sparsa colligitur.erogata reuerti
tur.publicata suscipit incrementum.per quam nobilis thezaurus secre
tis penetralibus nascitur.effectus eterne delectatōnis acquiritur. Nec
est sol per quem mēs dilescit a tenebris.cordis oculus deliciosa animi pa
radysus.hec immortalem ex mortali facit.et caducum hominem in deum
deifice mutationis autoritate conuertit. ¶ Nota circa hanc dictio
nem saltim.quod tres dictōnes proferri possunt per tim que deberent profer
ri per tem.vnde proferimus saltim pro saltem.timpus pro tempus. extim
plo pro extemplo.quod est contra Huguitōem qui dicit. Tim tria des
testor.extimplo timpora saltim

Metrum primū

Gloria felicis olim viridisq̧ʒ iuuente
Solantur mesti aunc mea fata senis

¶ Hic Boetius deplāgit statū suū ex pte defect⁹ corpalis.

Et pmo ꝓponit eū in generali. scdo in speciali. scda ibi. Uenit em̄ Dicit pmo. quondā consolabant̄ me gloria felicis .i. ꝓspere iuuentutis. ⁊ glā viridis iuuente. id est delectabilis iuuētutis. sed nūc fata .i. euētus mesti se/nis .i. tristis senectutis. solant̄ .i. consolant̄. mea .i. meā partē. quasi diceret. pus consolabar dulci iuuētute. nūc aūt ꝯsolor tristi senectute. Scdm illā sententiā sic exponit̄ littera. Glā felicis iuuēte .i. ꝓspere iuuētutis. viridis id est delectabil' iuuētutis. quondā supple ꝯsolobat̄ me. nūc fata .i. euētus mesti senis .i. tristis senectutis. solant̄ mea .i. meā partē ¶ Notanduʒ ꝙ cōiter illa lr̄a aliter exponit̄. referendo eā ad musas poeticas sic. Camene q̄ quondā tp̄e iuuētutis erant gloria felicis ⁊ viridis iuuētutis. qd di/cit̄ ꝓ tanto. qꝛ iuuenes olim solebant informari in arte poetica. in qua ꝓficientes gloriabant̄ in vsū metroꝝ ⁊ richmoꝝ. nūc aūt camene solant̄ mea fata inqm mesti senis ¶ Notandū ꝙ felix iuuētus est q̄ bonis exteriorib⁹ est adornata. De qbus bonis loquitur Aresto. circa principiū libri de bona fortuna dicens. Sine reb⁹ exteriorib⁹ quoꝝ fortuna est dn̄a non contingit esse felicē. sed viridis .i. delectabil' iuuētus est illa q̄ est bonis nature decorata .s. fortitudine. pulchritudine. ⁊ agilitate Unū Aresto. in ethi. Non omino felix est qui specie turpis. aut solitarius. aut carēs prole est ¶ Nota ꝙ Boetius repn̄tat in se statū miserie cū dicit. Fata, mesti se/nis, se cōsolari, cū minime hoiem cōsolantur. sed magis ꝑturbant. Et etiaʒ cū dicit musas poeticas se ꝯsolari silr̄ repn̄tat statū miserie. qꝛ muse poetice nō cedent alicui in solatiū. sed potius in alimentū doloris. ¶ Itē de significationib⁹ fati ponit Huguitio duos versiculos dicēs. Cōstellatio, mors, prece rn̄sacq̧ʒ deoꝝ. Euentus reꝝ, signant̄ noīe fati

¶ Uenit em̄ ꝓperata mal' inopina senect⁹
Et dolor etatem iussit inesse suam
Intēpestiui funduntur vertice cani
Et tremit effeto corpore laxa cutis

¶ Hic Boeti⁹ declarat in spēali defectū corpalem dicēs. Unū dico ꝙ fata meste senectutis nūc ꝯsolāt̄ me em̄ ꝓ qꝛ senect⁹ inopina .i. inopinata ꝑ apocapā. ꝓperata .i. festinata venit malis .i. cū suis malis ⁊ incōmodis. ⁊ dolor supple quē patior. iussit inesse. id est induxit mihi suam etatē. Per quod innuitur ꝙ non solum etas inducit dolorem. sed inducit dolorem. sed econuerso. do/lor inducit ⁊ causat etatē ⁊ seniū. Et tunc Boetius ponit duo signa sue senectutis dicens. Cani supple capilli. intēpestiui .i. ante debitum tēpus. funduntur vertice .i. in capite meo. Aliud signum senectutis ibi. ꝙ cutis mea laxa. id est soluta tremit corpore. effeto id est carne consumpta ⁊ eua/cuata ¶ Nota ꝙ hominem senem multa incommoda circumueniūt

Liber Primus

Nam pellis eius contrahitur. cor eius concucitur. pulmo eius debilitat lumbi eius indurantur. dorsum incuruatur. mẽbra tremunt. Unde poeta dixit. Optamus seniũ. dum venerit est male ventum. Hoc est gibbosum surdũ secũq3 morosum. Propter hoc dicit Boetius. q senectus venit mihi cum suis malis ¶ Notandũ circa illam partẽ (et dolor etatem) q triplex est causa senectutis. s. etas. infirmitas. z aduersitas. Senectus que inducitur p etatem naturalis est. que autem inducitur per infirmitatem vel aduersitatẽ accidentalis est. qualis fuit in Boetio. qui senu erat propter multitudinẽ doloris z tristicie ¶ Notandũ q canicies Boetij fuit intẽpestiua. Huguitio dicit. intempestiuũ est quod est incõgruũ. inconueniens. inutile vel sine tempore. Unde intempestiuũ dicitur illud quod non habet idoneũ tempus vel quod non est conueniẽs pro tẽpore. Et quia boetius iuuenis erat etate. z cum senuerat ex aduersitate iam canicies eius fuit intempestiua. ¶ Nota q in iuuenibus cutis est densa propter multitudinem sanguinis. ex quo sanguine generatur caro. Sed quia sanguis diminuitur in senibus. diminuitur etiam caro in eis ideo cutis senũ est laxa ¶ Notandũ circa hoc vocabulũ (effeto) q ipm tractũ est a mulieribus pregnantib9. que cũ pepererint dicuntur effete. id est fetu euacuate. Unde dicit Huguitio q fetus est natus mulieris adhuc in vtero existens. z dicitur a foueo. eo q ibi foueat. Inde fetus a um id est plenus a um. Inde effetus id est debilis. quasi sine fortitudine viri um. vel viribus euacuatus. Inde fetosus a um. id est plenus fetu Unde dicit psalmista. Oues eorum fetose. id est plene fetu. Et senes possunt dici effeti quasi extra fetum positi. quia senectus non est apta ad generandum fetum..

¶ Mors hoim felix q̃ se nec dulcib9 ãnis
Inserit. z mestis sepe vocata venit
Eheu q̃3 surda miseros auertitur aure
Et flentes oculos claudere seua negat.
Dũ leuib9 malefida bonis fortuna faueret
Pene caput tristis merserat hora meũ
Nunc q2 fallacẽ mutauit nubila vultũ.
Protrahit ingratas impia vita moras

¶ Hic Boetius deplãgit statũ suũm ex parte durationis vite miserabilis. Et primo p̃mittit que mors hominũ sit felix et que non. Et dicit sic. Illa mors hominum est felix q̃ nec inserit. id ẽ nõ immittit se dulcibus annis. i. tẽporibus prosperis cũ delectat hominem viuere. Similiter illa mors est felix que sepe vocata venit mestis supple annis. id est tristibus annis. quia in annis aduersitatis miseri cõsueuerũt vocare mortem. Tunc ostendit que mors hominum sit crudelis dicens. Eheu q̃3 surda aure. id est reclusa aure. seua mors. id est crudelis auertit

Metrum primũ

id est spernit miseros hoīes. ⁊ negat. i. non vult claudere flentes oculos.
eoꝝ. quasi dicat. crudelis mors est que non ꝑmittit miseros mori. ⁊ dicit.
(claudere flētes oculos) ꝑ hoc innuens ꝙ in morte oculi hoīm claudūtur
Et tūc Boetius deplangit ꝓlongatōem sue vite dicens. Dū fortuna ma
lefida. i. ꝑfida mihi faueret. i. arrideret. leuib⁊. i. trāsitorijs bonis tristis ho
ra supple mortis pene merserat. i. oppresserat meū caput. q̄si dicat. tpe ꝓs-
peritatis sꝑ accelerauit mors opprimere me. nūc aūt q⁊ fortuna nubila. id
est aduersa mutauit fallacē vultū. impia. i. misera vita ꝓtrahit. i. prolōgat
moras supple viuendi ingratas. i. odiosas mihi. quia ꝓpter miseriaꝫ tede
bat ipm Boetiū viuere ¶ Notandū ꝙ licet ſm vulgares ⁊ ſm appa rē
tiam hec sentētia de morte felici ⁊ crudeli videat̃ vera. tñ ſm rei veritateꝫ
est falsa. quia mors etiā tpe ꝓsperitatis p̄t esse bona. Nā ſm Señ. Opti
mū est mori cū delectat viuere. ⁊ tpe aduersitatis p̄t mors esse mala. quia
aduersitas sepe inducit desperatōem. Boetius aūt repn̄tando statū mi
seri hoīs hanc sentētiam ponit tanq̄ verā ¶ Notandū ꝙ mors vel cō
parat̃ ad vitā pn̄tem vel futuraꝫ. Primo mō. illa mors dr̄ felix q̄ fugit tpe
prosꝑitatis ⁊ accelerat tpe aduersitatis. Si aūt compatur mors ad vitaꝫ
futurā. tūc ipsa pōt dici bona ⁊ mala tpe ꝓsꝑitatis ⁊ etiā aduersitatis. q⁊
si mors ducit ad gl'am dr̄ bona. si ad penā dr̄ mala ¶ Notandū ſm Re
migiū sup Donatū. heu est aliqñ monosyllabū. aliqñ dissyllabū. sicut re
quirit metri necessitas Vñ in ꝓposito est dissyllabū dicēdo. eheu q̄ surda
miseros auertit̃ aure ¶ Notandū ꝙ h̄ verbū auertor qñꝫ est passiuuꝫ
ꝯstructū cū ablatiuo mediante prepōe. vt dicendo. auertor a te. ⁊ est ideꝫ
qđ remoueor. aliqñ est verbū deponens ꝯstructū cum accō. vt dicendo.
auertor te. ⁊ tunc idē est qđ sperno te. ⁊ sic accipit̃ in ꝓposito. cū mors auer-
titur. i. spernit miseros. Vñ⁹. In vi passiui notat auertor remoueri. Si sit
deponens auertor spernere signat ¶ Notandū Boetius appellat for-
tunā malefidā. quia est deceptiua. vñ Seneca. neminem aduersa fortuna
cōminuit nisi quem secūda decipit. Et alibi Seneca. Fortuna nemini fi
dem seruat nulli semel obesse contēta est. quē nimiū fouit hunc stultū fa-
cit. Nota. fortune bona dicunt̃ leuia quia transitoria. non em̄ perdurant
circa hominem ſm Senecam. Illud non est tuum quod fortuna fecit eē
tuum. Donum em̄ quod dare potuit. potuit ⁊ auferre. ¶ Notandū
ꝙ Boetius appellat fortunam nubilam. id est obscuram siue cecam De
pingebatur enim antiquitus fortuna ceca. quia ex improuiso accedit ⁊ re
cedit. vel quia cecū reddit hominem. extollendo eum in prosperis ⁊ depri
mendo in aduersis. ¶ Notandum ꝙ Boeti⁹ dicit fortunam olim cir
ca se mutasse fallacem vultum. quia fortuna olim depingebatur duplici
facie. anteriori alba. posteriori autem parte nigra. ꝑ albā designat̃ ꝓsperi-
tas. ꝑ nigrā aduersitas. mutauit g̊ fortuna circa boetiū fallacem vultū ꝓs
peritatis. postea ostēdit ei vultū aduersitatis.

¶ Quid me felicē totiēs iactastis amici
Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

¶ Hic boetius deplangit statum miserie sue. apo-
strophando cōtra

amicos dicens. O amici mei quid. i. propter qd iactastis. id est iactando dixistis me totiens felicem. frustra eñ hoc dixistis. quia felicitas mea non erat stabilis. quod patz ex hoc quia ego cecidi. ⁊ iste q̄ cecidit de prosperitate in aduersitatem nõ erat in stabili gradu prosperitatis ¶ Notãdum. duplex est felicitas. s. politica que consistit in bonis exteriorib. ⁊ talis nõ est stabilis. sicuti nec bona exteriora. Alia est felicitas speculatiua que consistit in actu sapientie. scz in speculatione substantiarum separatarũ et talis felicitas est stabilis ⁊ immutabilis, cum sit bonũ optimũ, pulcherrimũ, delectabilissimum. ex primo ethicorũ

¶ Hic incipit prosa p̄ma huius primi libri. in qua Boetius introducit philosophiam super suam miseriam consolãtem ¶ Ubi nota ꝙ boetius dolẽs ⁊ ipsa philosophia ipsum cõsolãs non sunt aliud nisi animus dolens ex oppressione sensualitatis. ⁊ ratio consolans ex vigore sapientie. Et diuiditur. nam p̄mo ostendit Boetius quomodo philosophia sibi apparuit. Secundo quid circa ipsum egerit. secunda ibi. Que vbi poeticas musas Primo describit apparitionez philosophie. quo ad tempus ⁊ ad locũ. Et describit eius dispositionem quo ad vultum. q̊ ad aspectum. quo ad colorem et vigorem. ⁊ quo ad etatem. Secundo describit philosophiam quantum ad habitum exteriorem: Tercõ quo ad ornamẽta ⁊ insignia que manib gestabat. secũda ibi. Uestes erãt. tercia ibi. Et dextera q̄dem.

¶ Prosa prima p̄mi libri.

Hec dũ mecum tacitus ipse reputarẽ. q̄rimoniamq3 lachrymabilẽ stili officio designarem. astitisse mihi supra verticez visa est mulier reuerẽdi admodũ vultus, oculis ardentibus, ⁊ vltra cõem hominũ valẽtiam, perspicacibus. colore viuido. atq3 inexhausti vigoris: Quamuis ita eui plena foret. vt nullo modo nostre crederetur etatis. statura descriptionis ambigue. Nam nunc quidem ad communem sese hominum mensuram cohibebat. Nunc vero, pulsare celum summi verticis cacumine videbatur. Que cum caput altius extulisset ipsum etiam celũ

Dicit p̄mo. dũ ego Boetius hec q̄ sup̄ in metro dixi tacitus mecũ reputarẽ. i. cogitarẽ. ⁊ querimoniam lachrymabilẽ. i. prouocantem ad lachrymas. designarem. i. describerem officio stili. Uisa est mihi mulier astitisse supra verticem. i. supra

Prosa prima

penetrabat. sese respicientiūq3 hoīm frustrabatur intuitum.

caput. ad modum. i. val
de reuerēdi vultus. ocu
lis ardētib9 ꝛ ꝑspicacib9
.i. claris vltra oēm valē/
tiam hoīm. i. vltra omnes hoīes. que apparuit in colore viuido. i. delecta/
bili. ꝛ apparuit mihi tanq̄3 inexhausti. i. incōsumpti vigoris. q̄uis ipsa fo/
ret ita plena eui. i. duratiōis. vt nullo mō crederet̄ esse nostre etatis statu/
ra eius ambigue. i. dubie discretiōis. i. cognitiōis. q2 nunc. i. aliqñ cohibe/
bat. i. extēdebat sese ad cōem mensurā hominū. i. longitudinē. nunc. i. ali/
quādo videbatur pulsare. i. attingere celum cacumine summe ꝟticis. i. al
titudine capitis. que cum caput altius extulisset. ipm etiā celum sua lon/
gitudine penetrabat ¶ Nota ꝙ Boetius describit phiam sibi appa
ruisse sub spē mulieris. q2 phia apud grecos ꝛ sapia apud latinos sunt gñ
fēi. Uel ideo. quia sicut mulier infantes lacte nutrit. sic phia minus per/
fectos nutrit facilib9 doctrinis Uel ideo. q2 boetius erat eger. mulier āt
magis est ꝯpassiua ꝛ magis habilis ad ꝯsolandū egrum q̄3 vir. Nā ꝑm
Salomonē. vbi non est mulier ibi ingemiscit eger ¶ Notandū ꝙ sta
re est recto mō se habere. q2 phia erigit hoīem ad delectatiōes intellectua
les faciens cadere sensuales. iō ipsa scribitur stetisse Et d2 stetisse sup̄ ver
ticem. q2 phia est in aīa intellectiua que nō habet organū in vertice. nā ani
ma intellectiua nullius organi corpalis est actus Uel d2 ideo stare supra
verticē. q2 de supno cardine delapsa venit. vt dt Boetius tercia ꝓsa hu/
ius ꝓmi libri ¶ Nota ꝙ phia d2 reuerēdi vultus. q2 suos possessores
reuerēdos facit. Nam ꝑm Tullium sola sapia est que meretur honores
¶ Item ꝑm Tulliū. reuerētia decens ac nature grauitas. que habetur ꝑ
phiam. ergo d2 reuerendi vultus ¶ Notandū ꝙ illud qd est ardens
est penetratiuū. ꝛ q2 ꝑ rōem ꝛ intellectū que sunt oculi phie penetramus
intima rex ꝛ q̄dditates eax Ideo phia d2 apparuisse ardētib9 oculis Et
q2 ꝑ phiam speculamur ea que cōes ꝛ vulgares nō speculant̄. ideo d2 ha/
buisse oculos ꝑspicaces vltra cōem hoīm valentiā ¶ Nota ꝙ color vi
uidus d2 color naturalis pulcher ꝛ delectabilis. q2 mirabiles affert dele/
ctationes. ideo describit̄ apparuisse viuido colore ¶ Item phia appa
ruit inexhausti vigoris. q2 phia cum sit ꝑpetua exhauriri non pt. Uel iō
d2 inexhausti vigoris. q2 q̄ntumcūq3 hō cognoscat de phia adhuc restant
plura cognoscēda. Qd pz ex diuersitate opinionū in phia. q̄x vna destruit
aliam. Item q2 phia est eterna ꝛ ꝑcesserat ipm Boetiū. ideo dt eam nō
fuisse sue etatis ¶ Notandū ꝙ tres sunt ꝑtes phie essentiales. ex sex
to metaphisice. s. naturalis mathematica ꝛ diuina Scdm naturalē philo
sophiā d2 phia se habere ad cōem hoīm mensurā. inq̄ntū tractat de natu
ralib9. que cōiter via sensus cognoscunt̄. inter q̄ natura homīs est summū
ad qd ꝑuenitur. D2 aūt phia pulsare celū quo ad mathematicā. i. quo ad
astronomiā. inq̄ntū tractat de motib9 ꝛ figuris astrox Dicit̄ aūt penetra
re celum quo ad metaphisicā. inq̄ntū dirigit ad cognitionē dei ꝛ substā/
tiax separatax Et d2 phia frustrare intuitū hoīm respicientiū. q2 ꝑfectam
cognitionē subax separatax in hac vita hr̄e nō possum9. Nam sic se hz ocu
lus nycticoracis ad lumē solis. ita intellcūs nr̄ ad manifestissima nature

Liber Primus

¶ Hic boetius de-
scribit phiam quātum
ad habitū exteriorē. Pri
mo quantū ad materiā
vestium. scdo quantum
ad picturā vestium. ter-
cio quantū ad violentiā
vestibus illatam. ⁊ legā
tur ptes simul. Dicit p
mo. Uestes phie erant
pfecte tenuissimis. i. sub
tilissimis filis. ⁊ erāt ex
subtili artificio ⁊ ex ma-
teria indissolubili. quas
vestes ipsa texuerat pro
prijs manib⁹. vti p sicut
ego cognoui eadē phia
pdente. i. reuelāte mihi
in tercia prosa hui⁹ pri-
mi. quaꝝ supple vestiū
spēm. i. pulchritudinē q̄
dam caligo. i. obscura ig
norātia neglecte vetusta
tis. i. negligentie veterū
obduxerat. i. offuscaue-
rat. veluti solet sp̄e obdu
cere caligo fumosas hy-
magines. i. stantes in fumo

¶ Uestes erant tenuissimis filis
subtili artificio. indissolubili materia
perfecte. quas (vti post eadem pden
te cognoui) suis texuerat manibus.
Quarum spēm veluti fumosas hy-
magines solet caligo quedā neglecte
vetustatis obduxerat. Harum in ex-
tremo margine P. grecum. in supre-
mo vero T. legebatur intextū. Atqꝫ
inter vtrasqꝫ litteras in scalaꝝ modū
gradus quidam insigniti videbātur.
quibus ab inferiori ad supius elemē
tum esset ascensus. Eandem tamen
vestem violentoꝝ quorundā sciderāt
manus. ⁊ particulas quas quisqꝫ po
terat abstulerat

Tunc ostēdit quid fuerit depictū in vesti
bus eius. dicens In extremo margine. i. in inferiori parte harum vestiū
legebatur intextum. P. id est practica. in supmo vero margine id est in su
periori parte vestium legebatur intextum. T. id est theorica. quod inter-
pretatur speculatiua. ⁊ inter vtrasqꝫ litteras scꝫ T ⁊ P erant quidā gra-
dus insigniti. id est impressi ad modum scalaꝝ. quibus gradib⁹ ascende-
batur ab inferiori littera ad supiorem Tunc tangit violentiā illis vesti
bus illatam. dicens Eandem vestem abciderant. id est lacerauerāt ma-
nus quorundā hominum violentoꝝ supple facientiū violentiam. ⁊ vnus-
quisqꝫ abstulerat pticulas a veste quas poterat auferre ¶ Notandū
q per vestes philosophie intelliguntur partes essentiales que sunt artes
liberales. Sicut em̄ corpus vestibus ornatur. sic philosophia suis parti-
bus decoratur. Per fila autē subtilissima intelliguntur precepta phisica
lia siue ꝓpōnes phisicales. Sicut em̄ vnum filum in vestibus ordinatur
circa aliud. sic ordinatur vna propositio iuxta aliam. que ꝓpōnes dicūtur
subtilissime. quia per eas homo subtilia inuestigat. Dicuntur etiam hu-
iusmodi precepta subtili artificio contexta rōne ornatus verboꝝ ⁊ sentē-
tiaꝝ que in eis inueniuntur. Et sunt ex materia indissolubili. quia licet
a quibusdā male exprimantur. tamē in seipsis habent veritatem indisso-

Prosa prima

Iubilem ¶ Notandū ꝙ per manus philoſophie quibus ſuas veſtes texuerat intelliguntur philoſophi. qui precepta phiſicalia cōſcripſerunt. et dicuntur rōnabiliter manus philoſophie. quia niſi fuiſſent inſtructi preceptis philoſophicis ea minime exprimere valuiſſent. ¶ Notandū ꝙ veſtes philoſophie dicuntur fuiſſe obducte quadā caligine. quia tempore boetij artes liberales ad tantā negligentiā deuenerant. ꝙ pauci eas curabant. ſed Boetius ipſas trāſtulit ex greco in latinum. ⁊ expoſuit ſiue cōmentatus eſt. Et ideo veſtes philoſophie dicūtur fuiſſe fumoſe. quia ab antiquis obſcure fuit tradita philoſophia ab Empedocle poetice. ⁊ a Platone enigmatice. ab Areſtotele ꝟo ſub verboꝝ obſcuritate ¶ Notandum ꝙ quia due ſunt partes p̃ncipales philoſophie. ſ. practica ⁊ theorica. ideo in veſte philoſophie erant due littere intexte. ſcꝫ P ⁊ T. Sed p erat in ꝑte inferiori veſtis. T ꝟo in ſuperiori parte Per quod innuitur ꝙ practica philoſophia eſt inferior ſpeculatiuā rōne dignitatis Per gradꝰ autē medios qui erant inter vtraſqꝫ litteras intelliguntur ſcientie eloquētie. que ſunt ſcientie triuiales. ſ. grāmatica logica ⁊ rhetorica ¶ Notandum ꝙ dicitur aſcenſum fuiſſe per gradus a practica ad ſpeculatiuā per hoc innuitur ꝙ homo primo debet eſſe ſufficienter inſtructus in practicis. vt poſt aſcendere valeat in cōtemplatiuis ¶ Notandum quid ſit ſcindere veſtes philoſophie. Illi eñ dicuntur ſcindere philoſophie veſtes. qui habentes vnam ſciam putant ſe perfectos eſſe philoſophos ſine alijs. Si autē aliqui ſciant vnam artem ſine alia dūmodo ſe cognoſcant non eſſe perfectos philoſophos. tales non ſcindunt veſtes philoſophie. Vel illi ſcindunt veſtes philoſophie qui per extortas expoſitiones trahūt veras ꝓpoſitiones ad ſuas falſas opiniones

¶ Et dextra quidem eius libellos ſceptrum vero ſiniſtra gerebat

¶ Hic boetius declarat philoſophiā quātum ad inſignia ⁊ ornamenta que in manibus geſtabat. dicens Et dextra manus philoſophie geſtabat libellos. ſiniſtra vero geſtabat .i. portabat ſceptrum. id eſt virgam regalem ¶ Notandū ꝙ omnis cura et intentio viri ſapientis verſatur vel circa ꝯtemplationem ſapientie. que deſignatur ꝑ libellos. vel circa regimen reipublice. quod deſignatur per ſceptrum. ⁊ quia cōtemplatio ſapientie potior eſt q̃ꝫ regimen reipublice. ideo philoſophia dicitur habere in dextra libellos. in ſiniſtra vero ſceptrū

¶ Que vbi poeticas muſas vidit noſtro aſſiſtētes thoro. fletibuſqꝫ meis verba dictantes. cōmota pauliſper. ac toruis inflammata luminibus P Quis inquit has ſcenicas meretriculas ad hunc egrum

¶ Poſtq̃ꝫ boetius oſtendit quomō philoſophia ſibi appruit. Hic oſtendit que circa ipſuꝫ egerit. Et ꝑmo oſtēdit

quā musas poeticas fugauit. scđo ostendit quō ipse de h̄ obstupuit. tercio quō phīa sibi appropinquās statum eius deplanxit. scđa ibi At ego tercia ibi Tum illa Dicit p̄mo. Que sp̄c philosophia. vbi id ē postq̄ʒ vidit poeticas musas assistentes nostro thoro .i. lecto . q2 boetius tanq̄ʒ eger in lecto decubuit. z cum vidit musas dictātes carmina meis fletib9 ipsa phīa paulisp .i. aliq̄n tulum cōmota z inflammata .i. incensa toruis luminib9 id ē crudelib9 vel terribilib9 oculis. inquit quis p̄misit has meretriculas scenicas .i. vmbrosas accedere ad hunc egrum. que dolores eius nōmodo .i. non tm̄ fouerent .i. sanarent nullis remedijs .i. medicamētis Uerum .p sed alerēt supple dolores eius dulcib9 venenis Ne em̄ sūt muse que infructuosis spinis affectuū .i. passionuʒ

permisit accedere. Que dolores eius nōmodo nullis fouerēt remedijs. verum dulcibus insup alerēt venenis. He sunt em̄ que infructuosis affectuum spinis, vberem fructib9 rōnis segetem necant. hominūq3 mentes assuefaciunt. morbo nō liberant. At si quem pphanum (vti vulgo solitū) nobis, blandicie vestre detraherent, minus moleste ferendū putarem. Nihil quippe in eo nostre opere lederentur. Hūc vero eleaticis atq3 archademicis studijs enutritū. sed abite potius syrenes vsq3 in exitiū dulces. meisq3 cum musis curandū sanandūq3 relinquite. B. His ille choros increpitus deiecit humi mestior vultum. confessusq3 rubore verecundiā limen tristis excessit.

qui bonũ ſuum non populari rumore ſed conſcientie veritate metitur. Q ſi hocipſum propagaſſe nomẽ pulchꝛ videtur cõſequens eſt vt fedum nõ extendiſſe iudicetur. Sed cum (vt paulo ante diſſerui) plures gentes eſſe neceſſe ſit ad quas vnius fama homi/nis nequeat peruenire. fit vt quem tu eſtimas eſſe glorioſum pro maxima parte terrarum videatur inglorius.

Inter hec vero. popularem grãm nec cõmemoratione quidem dignam puto que nec iudicio vero prouenit. nec vnq̃ firma perdurat

nem intendẽs talem rõnem. Jllud non ſpectat ad beatitudinẽ de q̊ nulla eſt cura ſapienti. ſꝫ de glĩa etiam meritis acq̇ſita nulla eſt cura ſapiẽti. ergo ꝛc̃. Maioꝛ ẽ nota. Nam ſapiens maxĩe curat beatitudinem cuꝫ ſit maxime felix. x. ethi. Minoꝛem ponit in littera dicens. Que ſcꝫ laudes ſpectantes ad glĩaꝫ licet ſint ꝯquiſite meritis quid tamen adiecerint conſcientie ſapientis qui bonum ſuũ metitur non rumoꝛe populi. ſed veritate conſcientie. q. d. nihil. Secũdo pro/bat idem per locum ab oppoſitis dicẽs. ꝙ ſi pulchꝛum eſt ꝓpagaſſe no/men. ergo miſerũ eſt nomen non propagaſſe. Sed cum magna parte terrarum neceſſe ſit no/men non eſſe ꝓpagatum neceſſe eſt pro maioꝛi pte miſerum eſſe. Dicit g ꝙ ſi hocipm̃ pulchꝛum videt̃ ſcꝫ ꝓpagaſſe id eſt diuulgaſſe nomen id eſt glĩam. ꝯñs eſt vt iudicet̃ fedum non extendiſſe nomen. ſed ſicut pauloãte diſſerui neceſſe eſt eſſe plures gentes ad quas fama vnius hominis nequit ꝑuenire. fit id eſt contingit vt pro maxima parte terraꝝ ille videatur inglorius quẽ tu eſtimas glĩoſum. Et quia aliquis diceret. ſuffi/cit ad beatitudinẽ ꝙ hõ ſit glĩoſus in populo ſuo habendo fauoꝛem populi. Dicit phĩa. inter hec bona que ſunt in opatione virtuoſa non puto grãm popularem dignã cõmemoꝛatione que nec iudicio recte rationis prouenit nec vnq̃ firma ꝑdurat ¶ Nota ꝙ ſapienti non eſt cura de glĩa. quia dicit Macrobius Sapiens fructum in conſcientia ponit. ſtultus autem in glĩa. Et Señ. Conſciam potius q̃ famã attende ſed pleriqꝫ famam. pauci conſcientiam verentur. ¶ Nota ꝙ fama popularis non prouenit̃ ex recto iudicio rationis. Plus eñ populus ſe/quitur inclinationem ſenſus q̃ iudiciũ rationis. Nec etiam fama eoꝛuꝫ perpetue durat. quia ſm̃ diuerſas paſſiones vulgi variatur fama populi. vnde vulgares iudicant ſm̃ concupiſcentiã non ſm̃ rei veritateꝫ. pro tanto ſimiles ſunt auibus quarum intuitum nox illuminat ⁊ dies cecat ex quarto huius proſa quarta.

Jã vero q̃ꝫ ſit inane q̃ꝫ futile nobilita

¶ Hic ꝓbat ꝙ gloria proueniẽs ex nobilitate

tis nomē quis nō videat. q̄ si ad claritudinē referṫ aliena est Videṫ nāqʒ eē nobilitas q̄dā de merit⁊ veniēs laus parentū Q si claritudinē p̄dicatō facit illi sint clari necesse est qui predicātur Quare spleudidum te. si tuam nō habes aliena claritudo nō efficit

sanguīs etiā nō spectat ad veraʒ beatitudinem Et primo oñdit vanitatez hm̄oi glorie. scd̄o oñdit quid boni sit in nobilitate. ibi. ꝙ si q̄d Dicit primo. Iā vero quis nō videat ꝙ̄ mane ꝙ̄ futile. i. labile sit nomē nobilitatis. q. d. manifestum est que scʒ nobilitas si referṫ ad claritudinem. id est ad gl'am, aliena est ab illis. qui se nobiles esse gloriantur. quod probat per diffinitionē nobilitatis dicens. Nāqʒ nobilitas videṫ esse q̄daʒ laus veniens de meritis parentū. ꝙ si p̄dicatio. i. laus facit claritudineʒ necesse est ut illi sint clari q̄ predicanṫ. i. laudanṫ hm̄oi aūt sunt parentes non tu. quare si nō habes tuā claritatē que ex laude tua ꝓueniat. aliena claritudo non efficit te splendidū. i. gl'iosum ¶ Notandū ꝙ nobilitas sanguinis est inane ⁊ futile nomeʒ. q: nihil vere nobilitat hoīem nisi virtus. Vñ Alanus in li. de planctu na. Quid tibi nobilitas q̄d claruʒ nomen auoꝝ. Si fuus vicijs factus es ipse tuis. Iteʒ Nobilis est em̄ si quis virtute refulget. Degener est solus cui mala vita placet. Et pauꝑ henricus. Non ꝑsigne genus nec claꝝ nomē auorum. Sed probitas vera nobilitate viget. Et Sene. Nemo est melior altero nisi qui rectius ingenium habet altero ⁊ ad bonas artes aptius

Q si q̄d est in nobilitate bonū. id arbitror esse solum vt imposita nobilibus necessitudo videaṫ. ne a maioꝝ virtute degenerent

¶ Hic oñdit cuiusmodi bonū sit in nobilitate dicens. Si quid bonum est in nobilitate istud solū esse arbitror vt nobilibus videaṫ esse imposita necessitudo ne a virtute maioꝝ. i. ꝓgenitoꝝ degerent supple ꝑ mores viciosos. Meli⁹ est eī a p̄re ignobili oñdere ⁊ morigeratū esse ꝙ̄ a nobili ⁊ ꝑ vicia degenerare ¶ Notandū ꝙ gl'anduʒ nō est de nobilitate. q: dt̄ Señ. Si pulcher es lauda naturā. si nobilis lauda parentes. si virtuosus ⁊ sapiēs lauda te ip̄m si diues lauda fortunā. si potēs expecta paulisp ⁊ nihil eris ¶ Notandū ꝫm Tulliū optīa hereditas a patrib⁹ tradiṫ liberis om̄i patrimonio ꝑstantior. s. gl'a virtutū ⁊ decor reꝝ gestaꝝ.

¶ Metrum sextum libri tercij

Mne hoīm genus in terris
Simili surgit ab ortu

¶ Istud est sextū metrū huius tercij quod diciṫ alemanicū ab inuentore dactylicum a pede p̄dominante. trimetꝝ a nu-

Metrum sextum

Unus enim rerum pater est
Unus qui cuncta ministrat
Ille dedit phebo radios
Dedit ⁊ cornua lune
Ille homines etiam terris
Dedit. ⁊ sidera celo
Hic clausit membris animas
Celsa sede petitos
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen
Quid genus ⁊ proauos strepitis
Si primordia vestra
Auctoremq̧ deum spectes
Nullus degener extat
Ni vicijs peiora fouens
Proprium deserat ortum

metro pedum. hypercata lecticū. q2 vna sylla sup abūdat. In quo metro phia pbat oēs hoīes eē nobiles pter viciosos dicens Omne gen⁹ hoīm in terris cuinseūq̧ sit cōditionis surgit ab ortu simili. q2 sm aīam omnes sꝫ ab vno creatore. Unus em̄ est pater rex .i. vn⁹ creator supple nobilis q̇ cuncta ministrat supple gubernando. ille vn⁹ pater dedit phebo radios suos. dedit lune cornua. dedit hoīes terris .i. habitare in terris dedit celo sidera propter ornamentū eius Hic pater clausit aīos membris supple corpis. animos inq̧ petitos .i. acceptos celsa sede .i. in celo. Igitur nobile germē .i. nobile principium edit id est producit cunctos mortales id ē homines O homines quid id est ad quid strepitis id est cum strepitu iactatis genus vestrum ⁊ proauos vestros. si em̄ tu spectes id est consideres auctorem deum ⁊ primordia vestra nullus extat id est ē degener id est ignobilis nisi fouens id est operans peiora vicijs suis deserat pprium ortum id est deum a quo pcessit. Nota q omnes hoīes

¶ Nota q omnes homines ex ea pte qua sunt homines sunt eque nobiles. cū em̄ nobilitas sit quedam excellentia contracta ab origine. nobilitas hoīs precipue debet attendi ex ea pte qua est homo scꝫ ex parte anime Cum igit in oībus hoīb sit eadem origo anime quia omnis anime sunt a deo. omnes homines sunt eque nobiles. solum aūt illi sunt ignobiles qui degenerant a sua origine. anima aūt a sua origine producta est a deo ⁊ similis est deo. ideo illi soli a nobilitate degenerant qui viciosis moribus similitudinem dei deturpant quam ex origine ꝯtraxerunt

¶ Nota dicit animos celsa sede petitos. hoc loquitur more platonico qui voluit omnes aīas simul esse creatas in celo. ⁊ postea mitterentur in corpora quod non est verum. sed anime creantur in corpibus. ergo loquitur more platonico q deus aīas receptas in celo clausit membris corporeis. ⁊ de hoc magis videbitur. ix. metro huius tercij

¶ Nota q͡ oīm hoīm est vna origo, qr a deo sunt quem patrem oēs vocamus. z oēs aīe sunt a deo. ḡ nullus est nobilior alio fm creationem licet fm ingeniū bene. qr soli illi sunt ignobiles qui degenerāt suā genealogiam cum discedunt a virtutibus z adherent vicijs.

¶ Prosa septima libri tercij

De voluptatibus enarrat

Quid autem de corporis voluptatibus loquar. quarū appetentia quidem plena est anxietatis: sacietas vero penitentie. Quātos ille morbos. q̄z intolerabiles dolores q̄si quendam fructū nequicie. fruentiū solent referre corporib⁹ quarum motus quid habeat iucūditatis ignoro Tristis vero esse voluptatum exitus. quisquis reminisci libidinum suarum volet. intelliget

¶ Ista est ꝓsa septima hui⁹ tercij. in qua phia ōndit btitudinez non eē in voluptate Et primo ōndit hoc de voluptate generaliter. Scdo de qͣdam voluptate specialiter. scda ibi. Honestissima quidem. Primū probat dupliciter. fm qd ponit duas rōnes. secūda. ibi. Que si beatos. Primo intendit talem ratione In illis non ꝯsistit beatitudo ad que sequuntur multe incōmoditates: sed ad voluptates sequuntur multe incōmoditates sicut declarat in littera. z dt Quid loquar de voluptatib⁹ corporalibus quarū appetentia. i. cupiditas plena est anxietatis. qr homo anxiat͛ cū caret eo qd cupit. sacietas vero. i. plenitudo voluptatū plena est penitētia. i. pena. cū igit͛ voluptatibus sit ꝯiuncta anxietas z penitentia in eis nō ꝯsistit beatitudo. z addit quantos morbos ille voluptates z q̄s intollerabiles dolores solent afferre corporibus fruentiū eis quasi quendam fructū nequicie supple satis patet. quaꝝ voluptatū motus. i. affectus quid habeat iucunditatis. i. voluptatis ignoro. quisquis aūt volet reminisci suarū libidinū. i. voluptatū ipe intelliget. i. cognoscet exitus. i. fines voluptatū eē tristes ¶ Nota q͡ duplex est voluptas. s. intellectualis z corporalis Prima est ꝓsequenda. s. intellectualis qr ꝯsistit in speculatione aīam beatificans Scda est fugienda qr ꝯsistit in delectatione sensuali corpus mortificās Vn̄ Sen. liij. ep'la dt Voluptates p̄cipue extirpa q̄ latronū more nos amplectunt͛ vt strangulent Et Tullius Voluptas ipedit oē ꝯsiliū. atq3 (vt sic dicā) oculos ꝑstringit mentiū. z inimica est rōni. mnltum vult cū ꝟtute habere ꝯmerciū ¶ Nota q͡ voluptas plena est penitentia Narrat em̄ Valerius q͡ cū. Domosthenes phs q̄reret amorem Thaidis meretricis vt ꝯsensum ferret ei. centū talenta petebat Demosthenes aspiciens in celū rn̄dit. pro tanto p̄cio nō emam tm̄ pn̄iā. sciebat em̄ q͡ voluptatē insepabiliter sequit͛ penitētia ¶ Nota q͡ volupta

tes multos morbos afferunt. qr dicit Seneca quadã epl'a. multos morbos multa fercula fecerunt. ⁊ vult Arestote. in ethicis. ꝙ laborantes in passionibus veneris ⁊ crapule maxime transmutantur ẜm corpus. crapula enim plures occidit q̃ gladius

¶ Hic phia pbat ꝯclusionẽ ꝑus positam alio modo deducendo ad incōueniens. ⁊ est ratio ista Si in voluptatibus ꝯsisteret beatitudo sequretur ꝙ pecudes essent beate qd est falsum. pecudes em̄ laborant ad explendam corporis voluptatẽ. vnde dt Que voluptates si possunt explicare beatos. nihil cause est id est nihil impedit quin pecudes iudicent esse beate. quarum omnis intentio festinat ad explendam corporalem lasciuiam.

Que si beatos explicare possũt. nihil cause est q̃n pecudes quoqꝫ beate esse dicantur quarum oĩs ad explendam corporalẽ lasciuiam laborat intentio.

¶ Notandum ꝙ cũ felicitas sit bonum nature rõnalis. nullus bestias felicitabit qr tm̄ genꝰ humanũ viuit arte ⁊ ratione ¶ Notandum ꝙ ad fugam bestialiũ voluptatum hortatur Aresto. Alexandrũ quadã epl'a dicens O Alexander declina a conatibꝰ bestialiũ voluptatũ que corruptibiles sunt. carnalis em̄ appetitus inclinat ad corpales voluptates que ꝯtristant intellectum Et subdit Conatus voluptatum generat carnalem amorẽ. hic generat desiderium diuitiarum que generant inuerecundiam. inuerecũdia presumptionem. presumptio infidelitatem. infidelitas latrocinium. ꝓpter que mala vitanda est voluptas

¶ Hic phia ostẽdit ꝙ btitudo nõ ꝯsistit in quadã speciali voluptate. s. in matrimonio que licita est ꝓpter generatõem plis. intẽdens talez rationem. In illa voluptate nõ consistit felicitas que habet anxietatem sibi annexam sed voluptas matrimonij est huiusmodi sicut tangit in littera. vnde dicit Iocũditas coniugis ⁊ liberorum foret honestissima. sed nimis est extra naturam dictum. qr natura abhorret quod volo dicere. qr nescio id ẽ taceo quem. i. aliquẽ. inuenisse .i. habuisse filios tortores quorum filioꝝ q̃ sit mordax. i. anxia quecunq̃ ꝯditio siue bona siue

Honestissima quidẽ ꝯiugis foret liberorũqꝫ iocunditas. sed nimis e natura dcm̄ est. nescio quẽ filios inuenisse tortores. q̃ꝝ q̃ sit mordax q̃cũqꝫ ꝯditio/ neqꝫ alias' expertũ. neqꝫ nũc anxiũ necẽ est admonere In quo Euripidis mei sententiam ꝓbo. qui carentem liberis in fortunio dixit esse felicem

mala non necesse est te admonerẽ. alias expertum est. Neqꝫ necesse est admonere te nunc anxium In quo ego approbo sententiam Euripedis mei philosophi qui dixit. carentem liberis infortunio felicẽ esse ¶ No

tandum q anxietas inest patribus pter maliciã filior. Narrat em Euripides tropius in historia rhomanor. q Demetrides in suos seuiens filios duos ex eis interfecit. z cũ psequeret terciũ ille pgregato exercitu obsedit patrem Pater aũt videns se non posse euadere seipm interfecit. Etiã pater anxiat de bonis filijs pter intensam dilectionem eor z pmotionẽ quibus si aliquid aduersi ptigerit. pater reputat se infelicẽ Ex quo ptz q voluntas piugalis hz anxietatem sibi annexam

¶ Istud est metr septimũ hui tercij qd dicit anacreuntiũ ab inuentore. iambicũ vel anapesticum a pede pdominãte qr hz pmũ pedẽ anapestum. z reliquos iãbos z est dimetrũ .i. quatuor pedũ. catalecticũ. qr deficit sylla. Nam post tres pedes remanz vna sylla de quarto pede In quo metro phia ostẽdit quid mali psequat oẽm voluptatẽ. oĩs em voluptas pter anxietatem sibi annexã est trãsitoria qd pfirmat p quoddã exemplũ. Oĩs voluptas hz hoc qd dicã qr voluptas agit. i. vexat fruentes stimulis. i. punitõibz et est par .i. similis stimulis apiũ volantũ. vbi pro postq. apis fudit grata mella fugit z ferit corda icta. i. pcussa anxietate nimis tenaci morsu. q d. iucunditas voluptatis nimis est transitoria sed anxietas quam affert nimis est pmansura ¶ Notandũ licet oĩs voluptas corpalis pmo delectet z postea pungat ad modũ apũ. tñ hoc maxime inuenit in voluptate venerea ad cuius fugã Arestoteles hortabat Alexandrũ dicens O clemẽs impator noli te multũ inclinari ad coitũ. qr coitus est quedã pprietas porcor Que igit tibi gloria si exerces viciũ bestiarũ z act brutorũ Crede mihi indubitãter q coit est destructio corporis abbreuiatio vite corruptio vtutum, legis trãsgressio. z generat femineos mores. Qualiter aũt sit fugienda delectatio venerea docet Alanus in de planctu nature dicens Si venerẽ fugare velis loca tpa vita. Nã locus z tps pabula donat ei. Et paup henric loquẽs de amore dt Proscribat igit gladijs z fustibus ipsum Et fugieudo fuga quẽ fuga sola fugat

Aristotiles hortabatur

Metrum septimũ libri tercij.

Abet hoc voluptas oĩs
Stimulis agit fruentes
Apiumqz par volantum
Ubi grata mella fudit
Fugit. z nimis tenaci
Ferit icta corda morsu

¶ Ista est octaua prosa hui tercij in qua phia oñdit quãtis malis sint implicita pdicta bona. In qb aliqui posuerũt felicitatem. scdo oñdit q exilia sunt corpis bo-

Prosa octaua libri tercij

Mentio su pra noiatorum id est diuitiarum. dignitatum. regnorum. glorie. voluptatum

Metrum octauũ

Nihil igitur dubium est quin
he ad beatitudinez via deuia
quedam sint. nec perducere quẽq̃ eo
valeant ad quod se perducturas esse
promittunt. Quantis vero implicite
malis sint. breuissiẽ monstrabo Quid
enim pecuniam ne congregare cona/
beris. sed eripies habenti Dignitati
bus fulgere velis: danti supplicabis.
Et qui preire ceteros honore cupis
poscendi humilitate vilesces. Poten
tiam ne desideres. subiectorum insi/
dijs obnoxius. periculis subiacebis
Gloriam petis. sed per aspera queq̃
distractus. securus esse desistis Vo/
luptariam vitam degas. sed quis nõ
spnat atq̃ abijciat vilissime fragilissi
meq̃ rei corporis seruum

na ibi. Jam vero Prio
dr Nulli dubiũ est pdi/
cta ↄsideranti qn he vie
quib᷒ nituntur hoīes ad
beatitudinẽ puenire sꝫ
quedã deuia nec valeãt
quemq̃ pducere eo id ẽ
illuc ad qd pmittũt se cẽ
pducturas. Quãtꝫ vo
malis sint implicite bre
uissiẽ monstrabo Quid
eñ supple istoruz est sine
malo. q. nihil. vnde sub/
dit pecuniã congregare
ne conaberis id est labo
rabis sed eripies haben
ti ꝛ ita implicaberis ma
lo violentie Vis fulge/
re dignitatib᷒. danti sup
plicabis ꝛ qui cupis ce
teros pire honore tu vi/
lesces humilitate poscẽ/
di. Potentiã ne deside/
ras. subiacebis pericu/
lis subiectorum. Gloriã
petis. sed per aspera di/
stractus securus esse de
sistis Voluptariam vi/
tam degas. sed quis nõ
spernat atq̃ abijciat tã
q̃ cõtemptibilem seruũ
vilissime ꝛ fragilissime rei scꝫ corporis ¶ Notandum q homo que
rens pecuniam incidit in malum violentie. quia omnis pecuniosus est vi
olentus primo ethicorum. Sed querens honores ꝛ dignitates humiliã
do se alijs supplicabit Sed dicit Seneca in libro de beneficijs. Mole/
stum est verbum ꝛ onerosum demisso vultu dicere rogo. Querens aũt
potentiam ꝛ gloriam oportet q propter potentiam ꝛ gloriam defendẽ/
dam persecutionibus improborum se obijciat. ꝛ sic securus esse desistit.
Querens autem vitam voluptuosam oportet q corpori seruiat. Sed
dicit Seneca Maior sum ꝛ ad maiora genitus sum q̃ q sim mancipiũ
id est seruus mei corporis quod non aliter aspiciam q̃ aliquod vinculũ
mee libertati circundatum.

Jam vo q̇ bona pre se corpis ferunt

¶ Hic philosophi pa
bat in speciali q̃ vilia sꝫ
bona corpis que aliqui

q̄ exigua q̄ fragili possessione nitunt Num em̄ elephantes mole. thauros robore superare poteritis Nū tigres velocitate preibitis Respicite celi spacium. firmitudinem. celeritatē. Et aliq̄n desinite vilia mirari. Qđ quidem celū non his potius est. q̄ sua q̄ regit ratione mirandum

reputant eximia bona. Scđo breuiter recolligit supradicta. ibi. Ex quib9 oibus Prio ostēdit intentū de magnitudine. firmitudine. ⁊ corporis agilitate. scđo de pulchritudine. ibi. Forme vero Primo ondit ꝙ homo non dꝫ mirari de magnitudine. fortitudine. ⁊ agilitate corporis. quia illa excellentius inuenitur in brutis q̄ in hominibus dicens. Jam vero qui ferunt. i. cupiunt bona corporis pre se id est grā sui tanq̄ sint optima. q̄ exigua. id ē valde vilia. q̄ fragili possessione nitunt. i. laborant. Num em̄ elephantes mole. i. magnitudine. superare. i. excedere poteritꝭ. ⁊ tauros robore. i. fortitudine Nū tigres preibitis velocitate Respicite spaciū. i. magnitudinē celi. firmitatem. i. fortitudinem celi. celeritatem. i. velocitatem eius. ⁊ aliquando desinite id est cessate mirari vilia. i. inferiora bona. quod quidem celum nō his p̄dictis potius immo multominus mirandū est; q̄ sua rōne. i. intelligētia qua regitur. Sic similiter in homine multo magis laudanda sunt bona rōis q̄ bona corporis ¶ Nota ꝙ bona corporis sicut magnitudo fortitudo agilitas non multum sunt miranda Quia dr̄ Seneca Non magnitudine ⁊ corpis velocitate magne res gerūtur sed virtute Unde Catho Consilio pollet cui vim natura negauit Jtem Señ Excellencia ingenij p̄t latere sub quacūq̄ pelle ¶ Nota ꝓm Jsidoruꝫ in li. ethimologiaꝝ. Elephantē greci a magnitudine corpis putāt dictū eo ꝙ formā montꝭ p̄ferat Apud indos vero dr̄ barro eo ꝙ vox eius barritus dr̄ dentes eius ebur. rostrū eius promuscida dr̄ ¶ Nota ꝓm Jsidorū Trigris est bestia varijs colorib9 distincta mirabilis velocitatis. ex cui9 noie quidā fluuius tigris appellatur qui rapacissimus est oim fluuioruꝫ ¶ Et sciendum ꝙ pro bestia dr̄ hec tigris. in gtō tigris vel tigridis. sed pro fluuio dr̄ tm̄ hic tigris. ⁊ in gtō huius tigris.

Forme vero nitor vt rapidꝰ est. vt velox ⁊ vernalium floꝝ mutabilitate fugacior Quod si (vt arestoteles ait) lynceis oculis hoīes vterentur vt eorū visus obstātia penetraret Nōne ītrospectis

¶ Hic philosophia oñdit intentū de pulchritudine forme. supple ꝙ sit exile bonum. quia est transitoria. ⁊ q̄r est tantum supficialis. Et dicit. Uero pro sed nitor id est pulchritudo forme. vt. i. q̄ rapidus est. vt id est q̄ velox ⁊ q̄ ve

Prosa octaua

visceribus Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus turpissimum videretur Igitur te pulchrũ videri non tua natura. sed oculorum spectantium reddit infirmitas. Sed estimate q̄ vultis nimio corporis bona. dum sciatis hoc quodcunq; miramini. triduane febris igniculo posse dissolui. Ex quibus omnib9 illud redigere in summam licet. ꝙ hec nec p̄stare que pollicẽtur bona possunt. nec omnium bonorum congregatione perfecta sunt. ea nec ad beatitudinem: quasi quidã calles ferunt. nec beatos ipsam perficiunt.

lociter est transiẽs. ⁊ est fugatior id ẽ mutabilior mutabilitate florũ vernalium. quasi diceret satis euidens est Unde si homines vterentur linceis oculis vt ait Arest. ita vt corũ visus penetraret obstantia .s. corpora nõ ne illud corpus Alcibiadis sũpficie pulcherrimũ introspectis visceribus turpissimũ videt̃ q̄si diceret sic. Ex quo concludit philosophia. Igit̃ te pulchrũ videri non facit tua natura. sed infirmitas oculorũ spectantiũ Et subdit Sed estimate q̄ nimio vult̃ bona corporis dum sciatis hoc q̃ocũq; fuerit de bonis corpis posse dissolui igniculo. i. calore febris triduane. Febris eñ acuta ſm medicos q̄n̄q; tercio die perimit. Et tunc breuiter recolligit supradicta dicens Ex quibus omnibus licet redigere in summam ꝙ hec scz predicta bona non possunt prestare ea que pollicentur id est promittũt nec perfecta sũt congregatione omnium bonorum nec ad beatitudinem ferunt quasi quidam calles id est vie. nec ipsa perficiunt beatos

¶ Notandum ꝙ pulchritudo corporis non est durabilis. q̄r dicit Uirgili9 O formose puer nimium ne crede colori Alba ligustra cadũt vaccinea nigra leguntur ¶ Notandum ꝙ communiter dicitur ꝙ visus linceus obstantia corpora penetrat. sed illud nec ab Arestotele neq; ab aliquo autentico inuenitur. Unde Isidorus in libro ethimologiarum loquens de lince dicit. ꝙ linx dictus est quia in luporum genere numeratur. bestia maculis distincta tergo vt pardus. sed similis lupo. cui9 vrinam conuerti in duriciem preciosi lapidis dicunt qui ligurus appellatur. nihil autem dicit Isidorus de penetracione visus

¶ Nota ꝙ Alcibiades mulier fuit pulcherrima quam videntes quidam discipuli Arestotelis duxerunt eam ad Arestotelem vt ipsam videret: qua visa dixit Si homines linceos oculos haberent vt queq; obstantia penetrarent. introspectis visceribus corpus quod apparet pulcherrimum turpissimum videretur

¶ Sequitur metrum octauum tercij libri

Heu q̃ miseros tramite deuio
Abducit ignorantia
Non aurum in viridi queritis arbore
Nec vite gemmas carpitis
Non altis laqueos montibꝫ abditis
Ut pisce ditetis dapes
Nec vobis capreas si libeat sequi
Tyrrhena captatis vada
Ipsos q̃netiã fluctibꝫ abditos
Norunt recessus equoris
Que gemmis niueis vnda feracior
Uel que rubentis purpure
Necnõ que tenero pisce vel asperis
Prestent echinis litora
Sed quonã lateat qd cupiunt bonũ.
Nescire ceci sustinent
Et qd stelferũ trans abijt polum
Tellure demersi petunt

¶ Istud est octauum metrũ hui⁹ tercij. cuius primus ṽsus dr metruz asclepiadiacum ab inuẽtore. choriambicũ a pede predominãte Secũdus ṽsus dr metrũ archilogicum ab inuentore. iambicũ a pede p̃dominãte. In quo metro phia deplangit errorem hoĩm qui in querendo minima bona sunt prudentes. sed in querendo summũ bonũ abducũt ignorantia Primo facit hoc. scdo precatur vt hoies tediati falsis bonis redeant ad verũ bonum. scda ibi Quid dignum Dicit g̃. Heu est interiectio dolentis ⁊ est dyssillaba ꝓpter metruz que ignorantia abducit miseros deuio tramite id est transuersa via supple a ṽo bono. vos homines nõ queritis aurũ in viridi arbore. nec carpitꝫ gẽmas in vite. vos non abditis .i. non absconditis laqueos ꝓ captura piscium in altis montibus. vt ditetis dapes pisce. ⁊ si vobis liceat sequi capreas non captatis. i. non acceditis vada tyrrhena. i. mare tyrrhenũ qd est in Italia. q̃nꝫ etiã pro certe homines norunt id est nouerunt ipsos recessus abditos id est absconditos fluctibus equoris. etiam homines norunt que vnda sit feracior rubentis purpure. i. conchilioꝝ quorũ sanguine fit purpura. Et hoies norũt que litora p̃stant. i. abundent. tenero pisce vel asperis echinis. i. talibus piscibꝫ. sed quonã id est mihi lateat bonũ. s. beatificuz qd cupiunt. nescire sustinẽt ceci existentes. ⁊ illud bonum qd abijt trans polũ stelliferũ illud hoies demersi cecitate ignorãtie petunt tellure id est querunt in terra ¶ Notandum ḿm Isidoꝝ libro ethimologiarũ. Caprea est agrestis capra que qr acutissime videt. greci eam pondo idã

appellauerant ¶ Notandū sm Isidorum q echinus est piscis paruus semipedalis qui adherendo videtur retinere nauem. et est piscis asperrimus ad modum ericij ad edendum satis suauis

¶ Hic p̄catur phia vt post tedium falsoꝝ bonorum homines redeant ad verum bonum et dicit. Quid dignū ego imprecer stolidis mētibus hominū.q.d.nihil aliud nisi hoc q homies ambiant ipos honores et opes et cum parauerint.i. acquisiuerint sibi falsa bona graui mole.i. tediosa solicitudine tandem tedio ducti cognoscant vera bona ¶ Notanduz q ista deprecatio phie non est ex maliuolentia sed ex benignitate. et ideo non optat q homines permaneāt in desiderio bonoꝝ temporaliū.sed vt illud desideriū magis sit eis mediū perducendi ad veꝝ bonum. Nec ipsa imprecatur cupiditatem vl' ambitionem honoris ad eē sed vt quibus adest per hoc ad verū bonum deducantur.

Quid dignū stolidis mentib' imp̄cer
Opes.honores.ambiant
Et cum falsa graui mole parauerint
Tum vera cognoscant bona

Prosa nona libri tercij

De terrenis actib'. de veris in antea

Hactenus mendacis formā felicitatis oñdisse suffecerit. quā si perspicaciter intueris ordo est deinceps que sit ꝟa mōstrare. B. Atq̄ video in quā nec opib' sufficientiaz nec regnis potētiam. nec reuerētiā dignitatibus nec celebritati gl'am. nec leticiā voluptatib' posse ꝯtingere. P. An etiā causas cur id ita sit deprehēdisti. B. Tenui quidē veluti rimula mihi videor intueri sed ex te cognoscere apertius malim. P. Atq̄ ꝓmptissima ratio est

¶ Ista est nona prosa huius tercij in q̄ phia vult ostēdere que sit vera beatitudo. Et primo continuat dicta dicendis. scdo assignat causā false felicitat̄. tercio oñdit que sit vera felicitas secunda ibi. Quod eniz tercia ibi. Habes igitur Primo dicit. Hacten' id est hucusq sufficiat. formam mendacis felicitatis. id est false. quaz si perspicaciter intueris id est consideres. ordo ē .i. restat monstrare deinceps id est postea que sit vera felicitas. Et dicit Boetius Ergo video nec opibus sufficientiam posse contingere. nec regnis potentiam. nec dignitatibus reuerentiam. nec celebritati gloriam. nec leticiam voluptatibus que tamen vi

dentur promittere. ꝛ sic falsa felicitas est in eis. Et dicit phia. Nunquid tu deprehendisti causas cur ita sit. Et dixit Boetius. Ego video intueri id est cognoscere tenui rimula. q. d. nō plene sed imperfecte video illas causas sed apertius cognoscere mallē id est magis vellem ex te Et dicit phia. Atqui pro certe ratio. i. cā false felicitatis promptissima est ¶ Nota ꝙ falsa felicitas dꝛ mendax ex eo ꝙ non adimplet quod promittit. Diuitie eñ promittunt sufficientiam. reuerentiam. quaꝫ nō conferunt sicut patet ex predictis ¶ Nota ꝙ cognitio false felicitatis vtilis est. quia cognitio mali expediens est ad cautelā ꝰm Alanum in de plāctu nature. qꝛ malū non vitatur nisi cognitū ꝛ quia noticia mali ducit in cognitionē boni. per oppositū igitur vult phia primo assignare causas false felicitatis. ꝛ tunc ostendere que sit vera felicitas

¶ Hic phia assignat causaꝫ false felicitatis ꝛ declarans eam oñdit ꝙ sufficiētia. potētia. ꝛ reuerentia. gloria ꝛ leticia sint vnum in re. secūdo oñdit qūo hoīes ista separant ab inuiceꝫ. scda ibi. Hoc igit̃ quod est vnum. Primo dꝛ ꝙ causa false felicitatꝫ est ꝙ error humanus id qđ est simplex ꝛ indiuisum natura separat. i. diuidit. ꝛ error humanus traducit a vero bono ꝛ perfecto ad falsum ꝛ ad imperfectū bonū. Et tunc declarat istā cām oñdens ꝙ reuerētia. potentia. et omnia talia sunt vnū et idem in re. ꝛ ṕmo oñdit potentiam idem esse cū sufficientia. ꝛ dꝛ. An tu arbitrarꝫ illud qđ nihilo indigeat illđ egere potentia. Et rñdet Boetius. Minime inquam Phia approbat dicens. Recte tu quidem respondes. nā si qđ est qđ valentie imbecillioris. i. potentie debilis in vlla

¶ Quod eñ simplex est indiuisumqꝫ natura. id error humanus separat et a vero atqꝫ perfecto ad falsum imperfectumqꝫ traducit. An tu arbitraris quod nihilo indigeat egere potentia. B. Minime inquam. P. Recte tu quidem. Nam si quid est quod in vlla re imbecillioris valentie sit. in hac presidio necesse est egeat alieno. B. Ita ē inquā P. Igitur sufficientie potentieqꝫ vna est eadēqꝫ natura B. Sic videt̃ P. Quod vero huiusmodi sit spernendum ne esse censes an contra omniū rerum veneratione dignissimum B. At hoc inquā ne dubitari quideꝫ potest P. Addamus igitur sufficientie potentieqꝫ reuerētiam. vt hec tria vnum esse iudicemus. B. Addamus si quidem vera volumus confiteri.

Prosa nona

id est in aliqua re necesse est ꝙ hoc egeat alieno presidio. Et dicit Boetius Ita est inquã. Concludit ergo phia di. Igitur vna ⁊ eadem est natura sufficientie ⁊ potentie. ⁊ dt Boetius. sic videtur. Tunc ostẽdit dignitatem esse eandem cum predictis dicens. Quod vero hmõi est scilꝫ sufficiens et potens nunꝗd illud censes id est iudicas spernendũ tanꝙ indignum. an contra nõ spernendũ sed dignissimum omni veneratione. Rñdit Boetius Non pt dubitari quin hoc sit dignissimũ omni veneratione. Et phia. addamus ꝗ sufficientie ⁊ potẽtie reuerentiã ꝙ hec tria vnũ iudicemus. Et dicit Boetius Addamus ꝗ si volumus vera cõfiteri ¶ Notandũ ꝙ potentia eadem est sufficientia. ꝙ em̃ aliquid omnino sit sufficiens ita ꝙ nullius egeat ⁊ tñ careat potentia. contradictionem includit. si careret potentia respectu alicuius possibilis non esset omnino sibi sufficiens ¶ Notandũ cuicũꝙ inest summa sufficiẽtia et summa potentia. eidem inest ⁊ summa reuerentia. Inquantum em̃ aliquid habet rõnem principij. intantum est dignum reuerentia. vñ filij reuerentur patres quia sunt principium esse eoꝝ. ⁊ serui dominos. q: sunt principia seruoꝝ in mandato mouentia eos per imperium. ⁊ reueremur viros virtuosos quia sunt principia gubernantia vitam politicam potentia autem dicit rõnem principij. vnde illud est maxime principiuꝫ qd est potentissimum. ⁊ ideo tale reuerendissimum.

P. Quid vero inquit obscurũ ne hoc atꝙ ignobile censes esse. an omni celebritate clarissimum Considera vero ne qd nihilo indigere qd potentissimuꝫ. quod honore dignissimum esse cõcessum est. egere claritudine quam sibi prestare non possit. atꝙ ob id aliqua ex parte videatur abiectius. B. Non possum inquaꝫ quin hoc vti est ita etiam celeberrimũ esse cõfitear P. Consequens igitur est vt claritudinẽ superioribus tribus nihil differre fateamur. B. Consequitur inquam. P. Quod igitur nullius egeat alieni: qd suis cuncta viribus possit. quod sit

¶ Hic oñdit pdictꝭ esse annexã glãm ⁊ leticiam dicẽs Quid vero iudicas. Illd qd est sufficiẽtissimũ. potẽtissimũ reuerendissimũ. est ne h obscurũ ⁊ ignobile. vel est clarissimũ omni celebritate. id est glĩa. Rñdet Boetius. ego confiteor illud esse celeberrimũ. id est glosissimũ. sicut est Tunc phia cõcludit dicens Consequens igit ẽ vt fateamur claritudinem id est glãm nihil differre a trib9 superioribus. Et dicit Boetius Consequenter inꝗ̃. Tũc oñdit ideꝫ de leticia dicẽs. Illud quod nullius alieni egeat ⁊ qd cuncta suis virib9 possit qd est reuerendũ ⁊ claꝝ nõ ne hoc est letissimum

Rñdet Boetius. non possum cogitare vñ tali vll⁹ meroꝛ obꝛepat.i. intret. Tunc concludit phīa dicens. Si supioꝛa manebunt vera necesse est illud plenū esse leticie ꝑ eadem concessa necesse est esse nomia diuersa sufficientie. potentie. claritudinis. reuerentie. et iucūditatis. sed substantiam eoꝝ nullo modo discrepare. qđ concedēs Boetius dicit. Necesse est inq̄ȝ.

clarū atqȝ reuerendū. nonne hoc etiā constat esse letissimuȝ. B. Sed vnde huic inq̄ȝ tali meroꝛ vll⁹ obꝛepat. nec cogitare q̄dem possuȝ. P. Quare plenū esse leticie siq̄dem superioꝛa manebunt necesse est cōfiteri Atqui illud q̄ȝ ꝑ eadē necessariū est sufficientie. potentie. claritudinis. reuerētie. iucūditatis nomina quidē eē diuersa: nullo modo vero discrepare substantiā. B. Necesse est inq̄ȝ

¶ Notandū ꝙ omnes creature comparantur ad deū sicut effectus ad suam causam. ⁊ quia noticia cuiuslibet cause relucet in suo effectu necesse est ipsius dei habere noticiā ꝑ effectum et noticiā cū laude. q2 effectus dei repn̄tant ipm sub rōne bonitatis ⁊ ꝑfectionis q̄ est materia laudis. cū igit̄ gl'a sit clara cuȝ laude noticia necē ē principiū oīm reꝝ qđ est sufficiētissimū. potētissimū. ⁊ reuerēdissimū. etiam esse gl'osissimū ¶ Notandū ꝙ sufficientissimo nullū bonū deest. et tale hȝ appetitū quietatū in bono adepto. q̄es aūt appetitus in bono adepto est leticia. g̊ bonū sufficientissimū etiā est letissimū ¶ Nota ꝙ oīa ista sufficiētia. poña. reuerētia. gl'a ⁊ leticia. sunt vnū in substātia. non āt sunt vnū in suba sicut aggregatū ex diuersis rebꝫ. tūc em̄ esset ibi ꝯpositio qđ repugnat potētissimo ⁊ dignissimo eo ꝙ simpliciora digniora stȝ ꝯpositis. sed de hoc postea melius patebit.

Hic phīa oñdit q̄liter hoīes illud qđ est vnuȝ re diuidūt. scđo mouet dubitatōem. ibi: Quid igit̄ inq̄ȝ. Primo ostēdit q̄ūo hoīes diuidūt illud qđ est vnuȝ. ⁊ dt. Illud qđ est vnū ⁊ simplex natura illud dispertit. i. diuidit prauitas humana. i. prauus erroꝛ hoīm q̄rendo vnum sine alio et dum hoīes conant̄. i. laboꝛant adipisci ꝑtem rei que ꝑtibus caret. hō

P. Hoc igit̄ qđ est vnū simplexqȝ natura. prauitas humana dispꝑtit Et dū rei que partibus caret. partem conatur adipisci nec poꝛtionem que nulla est. nec ipsam quam minime affectat. assequitur. B. Quo nam inquaȝ modo. P. Qui diuitias inquit petit. penurie fuga: de potentia nihil laboꝛat vilis obscurusqȝ esse mauult.

Prosa nona

Multas etiam sibi naturales quoqꝫ subtrahit voluptates ne pecuniã quã parauit amittat. Sed hoc modo nec sufficientia quidem contingit ei quez valentia deserit. quez molestia pũgit quem vtilitas abijcit. quem recondit obscuritas Qui vero solũ posse desi/derat. profligat opes. despicit volup tates. honoremqꝫ potentia carentem glãm quoqꝫ nihilipendit. Sed hunc quoqꝫ ꝙ multa deficiant vides. Fit eñ vt aliqñ necãrijs egeat. vt anxieta tibus mordeaẜ Cumqꝫ hec depellere nequeat. etiam id quod maxime pete/bat potens esse desistat Similiter ra tiocinari de honoribꝫ. gloria volupta tibꝫ licet Nam cum vnũquodqꝫ horꝫ idem est qꝺ cetera sit. quisqꝫ horum aliquid sine ceteris petit. nec illud qui dem quod desiderat apprehendit

nõ assequiẜ vllam porti onẽ. i. ꝑtem. nec ipam rẽ integram quaz affectat Et querit boeti⁹ Qm̃ mõ diuidunt hoĩes ista Dicit phĩa qui petit di/uitias ꝓpter fugaz penu rie. i. causa sufficientie ni hil laborat de potentia sed mauult. i. magꝫ vult esse vilis. i. indign⁹ ꝛ ob scurus. i. inglorius. ꝛ ita nihil curat de dignitate ꝛ gloria. talis etꝫ subtra hit sibi multas volupta tes naturales ne amit/tat pecuniam quã para uit. i. lucratus est. Sed hoc modo ne sufficiẽtia ꝯtingit ei quem valen/tia. i. potẽtia deserit quẽ molestia pungit. quẽ vti litas. i. reuerẽtia abijci quem obscuritas. i. infa mia recondit. q. d. non Tũc oñdit idem de po tentia dicens Qui ꝓo solum desiderat posse. i. potentiam ille profligat id est dispgit opes. des/picit voluptates ꝛ hono rem carentem potentia. ꝛ nihilipendit gloriã. sꝫ vides ꝙ multa huic de/ficiant Fit eñ aliquã/do vt talis egeat necãrijs. vt mordeaẜ anxietatibus Et cum nequeat ista depellere etiã illud qꝺ maxime petebat desistit eẽ potens Similiter licet ratiocinari de alijs tribus scꝫ de honoribus. de gloria. de volupta/tibus. sicut de predictis duobus. nam cũ vnũquodqꝫ horum ꝑfecte ac/ceptum sit idem quod cetera vt declaratũ est. quisquis petit aliquid ho rum siue ceteris non apprehendit illud quod desiderat

¶ Notandum qui querit partem rei indiuisibilis partem non inue niet nec ipsam rem cuius partem querit. quia in rerum natura indiuisibi le partem non habet. cum igitur predicta quinqꝫ scꝫ sufficientia. reuerẽ/tia ꝛc. ex parte rei sint vnũ ꝛ indiuisibilia. licet differant nominibus. qui querit vnum sine alio non inueniet

Liber Tercius

¶ Notādū ꝙ ista quinqꝫ ꝓut inueniunᷓ iu rebus sensibilibus in quibus hn̄t esse mō imꝑfecto ⁊ diminuto. sic vnū inueniᷓ sine alio Inqꝫtum aūt accipiunᷓ ꝺm esse ꝑfectū ⁊ ꝺm esse summū ꝓut inueniunᷓ in beatitudine. sic sunt idem indiuisibiliter ⁊ vnū nō inuenitur sine alio. qꝛ summa sufficientia est beatitudo. summa reuerētia ē beatitudo. summa potētia est btitudo. ⁊cēis ¶ Notandū ꝙ qꝛ hō naturaliter desiderat btitudinē tūc vnūqdꝙ ꝓdictoꝝ quinqꝫ desiderat ꝺm ꝙ spectat ad btitudinē hoc aūt est ꝺm eē ꝑfectū inqꝫtum eadē sunt btitudini. ⁊ qꝛ btitudo cū sit deus est indiuisibilis. oīa quinqꝫ ꝓdicta sꝫ vnū indiuisibiliter. Ex quo patet ꝙ qꝛ hoīes querunt ista ꝺm ꝙ imꝑfecta inquantū sunt in sensibilibus. ⁊ tamen desiderant ea ꝺm perfectionem. ideo homines non assequuntur per ea quod desiderant.

B. Quid igitur inqꝫ Si quis cuncta simul cupiat adipisci. summā quidem illle beatitudinis velit. Sed num in his eā reperiet. que demonstrauimus id quod ꝑllicentur non posse conferre B. Minime inquam. P. In his igiᷓ que singula quedam expetendoꝛum pꝛestare creduntur: beatitudo nullo modo inuestiganda est. B. Fateoꝛ inquam. ⁊ hoc nihil dici verius potest

¶ Hic phīa mouet dubitationē. qꝛ dictū est iā ꝙ hō querendo singulū hoꝝ diuisim ipse frustratur beatitudine. ꝑt ergo dubitari vtrum querendo oīa simul queraᷓ beatitudo. Dicit ḡ Boetius in lrā. Quid igiᷓ inqꝫ. q. d. licet non queraᷓ btitudo. querendo vnū qdꝙ diuisim. quid igiᷓ siquis cūcta simul cupiat adipisci. nunquid ille velit summā beatitudinis. nunquid beatitudinem reperiet in his bonis que demōstrauim⁹ non posse conferre. quod pollicentur id est pꝛomittūt Et respondet Boetius Minime inqꝫ. Concludit ergo philosophia dicens. In his ergo nullo modo est inuestiganda beatitudo que creduntur pꝛestare singula expetendoꝛum id est desiderandoꝛum. quod Boetius concedit dicens. Quod fateoꝛ id est affirmo inqꝫ ita esse. ⁊ hoc nihil verius dici potest

¶ Notandum si aliquis querit omnia quinqꝫ ille querit beatitudinē in vniuersali. sed errat in particulari querendo eam in istis temporalibus bonis in quibus non inuenitur. non eīn summa sufficientia nec potentia inuenitur in eis, ⁊ sic patet ꝙ querēs vnum illoꝛum vel omnia simul scd̄m ꝙ inueniuntur in rebus sensibilibus. cum habeāt esse in eis modo imperfecto non consequitur beatitudinem. querens autem vnū istoꝛum scd̄m esse perfectum cū omnia sint vnum indiuisibiliter. omnia querit ⁊ querit beatitudinem

Sequitur pꝛosa.

Prosa nona

¶ Postq̄ philosophia assignauit causam false felicitatis. hic osten
dit que sit vera felicitas
Scd̄o oñdit in quo sit
ↄstituta. ibi Qm̄ igitur
agnouisti.

¶ P. Habes igitur inquit ⁊ formam
false felicitatis ⁊ causas Deflecte nūc
in aduersum mētis intuitum Ibi em̄
veram quam ꝓmisimus statim vide
bis. B. Atqui hec inquam vel ceco ꝑ
spicua est. eamq̄ꝫ tu pauloante mon/
strasti. dū false cās aperire conabaris
Nam nisi fallor ea vera est ⁊ ꝑfecta fe
licitas que sufficientē. potentem. reue
rendum. celebrem. letūq̄ꝫ ꝑficiat Atqꝫ
vt me interiꝰ aīaduertisse cognoscas
que vnū horū qm̄ idem cūcta sunt ve
raciter prestare potest hanc esse plenā
beatitudinem sine ambiguitate cog/
nosco. P. O te alumne hac opinione
felicem sentio siquidē hoc inquit adie
ceris B. Quidnā inq̄ꝫ. P. Esse ne ali
quid in his mortalibꝫ caducisq̄ꝫ rebꝫ
putas quod hm̄oi ſtatū possit afferre
B. Minime inq̄ꝫ puto Idq̄ꝫ a te ni/
hil vt amplius desiderer ostensum est
P. Hec igit̄ vel imagines veri boni
vel inꝑfecta quedā dare bona morta
libꝫ videnr̄. Verꝫ aūt atqꝫ ꝑfectū bo/
nū conferre nō possunt: B. Assentior
inquam.

Primo phia
dicit. Habes igit̄ iam
causas ⁊ formam false fe
licitatis. nūc deflecte in
tuitum mētis tue in ad
uersum. i. in contrarium
false felicitatis hoc ē ad
veram felicitatē ibi statī
videbis veram felicita/
tem quā ꝓmisimus Et
dicit Boetius. Atqui
pro certe. vera beatitu/
do ꝑspicua id est est ma
nifesta ex dictis. etiā ho
mini ceco. q. d. tam ma/
nifesta est vera beatitu/
do ex dictis q̄ etiā ceco
si aliq̄d posset videre pa
teret. ⁊ tu pauloāte mō
strasti eam supple veraꝫ
felicitatem dum cona/
baris aperire id est de/
clarare causas false feli/
citatis. Et dicit Boe
tius. Nisi ego fallor ea
est vera ⁊ perfecta felici/
tas que perficiat suffici
entem. potentem ⁊ reue
rendum. celebrem ⁊ le/
tum. Vt etiam tu phi
losophia cognoscas me
Boetium interius id ē
plenius animaduertisse
que sit ꝟa felicitas. ego
sine ambiguitate cog/
nosco hanc plenam bea
titudineꝫ que vnum ho
rum scilicet predictoruꝫ
veraciter potest presta/
re quoniam idem cunc/
ta sunt. Et dr̄ phia q̄si

congratulando Boetio. O alumne hac opinione te felicem supple dico siquidem hoc adieceris supple qd mō dicā Et dt Boetius Quidā dicam Dicit phia Putasne aliquid eē in his reb9 mortalib9 z caducis.i. transitorijs qd possit afferre.i.dare hmōi statū Rūdet Boetius Minime puto Et illud ostēsum est a te vt nihil āpli9 discederet beatitudine Concludit ḡ phia dicens Hec igit scz sufficientia. reuerentia.zc. que in rebus caducis inueniunt vel sunt imagines.i. similitudines veri boni et vident clare mortalibus imperfecta bona. verū aūt z pfectū bonū pferre nō pñt Et dt Boeti9 Assentior inq̄z ¶ Nota sufficientia īpfecta que psiderat in reb9 tpalib9 non est vera sufficientia sed tm̄ silitudinaria Sufficientia aūt pfecta includit oia alia quatuor z singulū alior quatuor pfecte alia includit. z ideo illud qd dat vnū perfectū dat oia.sed illud qd dat oia facit vere pfectum.ḡ dt Boetius Illud qd potest veraciter vnū pferre illud cognosco esse beatitudinē Item assentior est verbū deponentale z idem significat cū verbo neutrali quod est assentio.

P. Qm̄ igit agnouisti que ꝑa illa sit que aūt beatitudinē mentiantur: nūc superest vt vnde veram hanc petere possis agnoscas. B. Id quidem inq̄z iādudū vehementer expecto. P. Sz cum vti in Thimeo platoni inq̄t nrō placet in minimis quoqz rebus diuinum p̄sidium debeat implorari. quid nunc faciendū censes vt illius summi boni sedē reperire mereamur. B. Inuocandum inq̄z rex oīm patrem quo p̄termisso nullū rite fundat exordiūz P. Recte inq̄t. ac sil' ita modulata est

¶ Hic ostēdit phia in quo vera felicitas sit cōstituta Et pmo tangit ordinē huius partis ad precedentia. z docet diuinū auxilium eē implorandūz vt cognoscat in quo sit vera beatitudo. Scdo inuocat diuinūz auxilium. tercio ostēdit intētum. in quo sit vera beatitudo. scda. ibi. O qui perpetua. tercia ibi. Qm̄ igit. Primo dicit phia O boeti qm̄ agnouisti que sit illa ꝑa beatitudo. z agnouisti q̄ mētiant beatitudinē: nunc supest vt agnoscas. vnī illam veram beatitudinem petere possis. Et dicit Boetius Illud iā dudum a te vehemēter expecto. Et dicit phia Cum diuinū auxilium in minimis rebus debeat implorari (sicut placet Platoni nrō in Thimeo) quid nūc censes faciendū supple in tā arduo negocio Rūdet boetius Inuocandū supple censeo. patrē oīm rerum scz deū. sine quo nullū exordiū rite fundat. qd approbat phia dicens Recte tu inquit censes. z simul sine interuallo phia ita modulata est.i. xposuit inuocationem dei metrica modulatione ¶ Nota q in oib9 diuinū

Metrū nonū

auxilium est implorandū. qꝛ deus est q̄ diuitias sue sapiētie influit in aīas sapientū. ꝛ tribuit studētibꝫ grām ꝯgnoscēdi. cui nihil est difficile et sine q̄ nihil possibile est possideri. Ita scribit in ꝑlogo de regimie pnci pum. ꝛ oīe datum optimū ꝛ oīe donū ꝑfectū desursum est descēdens a pr̄e luminuꝫ vt dr̄ alia scriptura. Et dr̄ beatus Augustinus Nemo tam eruditus. nemo tā doctus q̄ supna illustratōe nō indigeat. Et beatus Aug. Nisi intus sit q̄ doceat. inuanū lingua doctoris laborat. Jō phia volens oñdere in quo sit vera beatitudo. inuocat diuinū auxilium quo ꝑtermisso nullum rite fundatur exordium

¶ Istud est metrū nonū tercij qd̄ dr̄ hometricuꝫ ab inuentore. qa homerus ipsum adinuenit. ꝛ dr̄ heroicum a materia. qꝛ gesta herorū id est viroꝝ illustrium hoc metro describebant. ꝛ dr̄ dactilicum a pede predominā te. hexametrū a numero pedum. qꝛ constat ex sex pedibus. In q̄ metro phia inuocat diuinum auxilium ad ostendendū in q̄ sit vera beatitudo ꝛ qūo ad ipm ꝑueniatur. Primo ḡ phia captando beniuolētiā dei ipm multiplr̄ ꝯmendat. scd̄o petitōem suā exprimit ibi. Da pr̄. Circa primū sciendū ꝙ tria reqrunt ad petitionē exaudiendā. Primo reqritur potentia exaudiēdi. Scd̄o volūtas. Tercio scientia. De pmis duobus dr̄ in qrto huiꝰ psa .ij. Duo sunt in qbus oīs humanoꝝ actuū effectus cōsistit. volūtas et ptās. quoꝝ si alteꝝ desit nihil est qd̄ explicare queat. De scia pꝫ. qa sine ea nihil rōnabiliter geritur. Volens ḡ phia oñdere ꝙ deus possit velit ꝛ sciat exaudire suā petitōem oñdit ipm esse potentē ex mundi gubernatione. ex celi ꝛ terre creatione. ex tpis ꝑductione Scd̄o oñdit ipm volentem siue beniuolum ex sui bonitate ꝛ clementia qua produxit cuncta. Tercio oñdit ipm eē sapientē ex quadā effectuū specialiuꝫ ꝑductiōe. secūda ibi. Quem nō externe. tercia ibi. Tu numeris. Primo dr̄ O pater q̄ gubernas mūdum ꝑpetua rōne id est ꝑpetua ꝑuidentia tua. q̄ es sator id est creator terrarum ꝛ celi. q̄ iubes tpus ire. i. ꝑcedere ab euo. i. a ꝑpetua tua duratione tu manēs stabilis. i. immutabilis, das. i. facis cūcta moueri ¶ Notandū ꝙ ista tota lr̄a. O q̄ ꝑpetua. vsqꝫ ad illaꝫ ꝑtem. Da pater. debet legi suspensiue. ꝛ pōt o hic teneri vocatiue admiratiue vel deprecatiue. ¶ Notandū ꝙ gubernare est res indebituꝫ sui finem ordinare. qd̄ spectat ad diuinā bonitatē. regit aūt prima causa omnes res preter hoc ꝙ ꝯmisceatur cum eis influendo super eas virtutem vite ꝛ bonitatis ſm auctorē libri de causis. ¶ Notandum ꝙ mūd̄s ſm Arī. in libro de celo ꝛ mūd̄o est ꝯstitutꝰ ex celo ꝛ terra ꝛ naturis q̄ in eis sunt. quē mundū deꝰ gubernat ꝑpetua rōe. i. sua ꝑuidentia ꝑpetua que non est transitoria sicut prouidentia humana. sed permanet

Metrū nonū tercij libri

Qui ꝑpetua mūdū rōe gubernas.
Terraꝝ celiqꝫ sator. q̄ tps ab euo
Ire iubes stabilisqꝫ manens das cūcta moueri

durationе infinita ¶ Notandũ sicut aliq̃s dr sator q̃ semina plantaꝝ ꝛ arboꝝ ꝑducit. sic deus dr sator inq̃ntũ celũ ꝛ terrã creauit ꝛ ꝑduxit. Per celũ ãt ꝛ terrã etiã intelligunt elemẽta q̃ sunt in medio. dr aũt terraꝝ ponẽdo numeꝝ pluralẽ ꝑ singulari ꝑ antithesim ¶ Notandũ q tps est duratio successiua cũ sit numerus motus ſm ꝑus ꝛ posterius. ex. iiij. phicoꝝ q̃ duratio differt ab euo. Ubi notandũ q euũ ẽ duratio ꝑmanẽs tota sił nullã hñs successionẽ vel mutabilitatẽ annexã. et est idẽ q eternitas q̃ est ꝓpria duratio dei ſm quaꝫ deus est cã tpis: sicut em̃ deus ꝑ suũ esse est cã cuiuslibet esse. ꝛ ꝑ suã bonitatẽ est cã cuiuslibet boni. ita ꝑ suã durationẽ est cã cuiuslibet durationis ¶ Notandũ q deus est stabilis. i. immutabilis q2 nulla spẽ motus mouet. nõ gñatione ꝛ corruptione cũ sit ingenerabilis ꝛ incorruptibilis. nec augmentatione ꝛ diminutõe cũ nõ sit q̃tus. nõ alteratione nec loci mutatione cũ sit imptibilis. Et ꝑbat Aresto. viij. phis. ex ordine mouentiũ ꝛ mobiliũ q necesse est deuenire ad aliq̃d primũ oĩo immobile. ꝛ ꝑ se ꝛ ꝑ accidens ¶ Notandũ q oĩa a ꝑmo sunt mutabilia vel ſm ee vel ſm operatõꝫ Si ſm esse hoc est dupl'r. vel ſm esse substantiale sicut entia gñabilia et corruptibilia. vel ſm esse accñtale sicut corpa celestia q̃ licet non mutent generatione ꝛ corruptõne. tñ mutant ſm esse locale. Si aũt est mutatio ſm opationẽ. sic intelligẽtie sunt mutabiles. q2 in ipis est successio intellectionũ. licet q̃ nõ mutent q̃ ad esse tñ q̃ ad opationeꝫ. Aliter exponitur. Stabilisq3 manẽs das cũcta moueri. vel oibꝫ spẽbꝫ motuũ vel aliq̃bus spẽbꝫ mot⁹. accipiẽdo motũ strictе vel large. Aliter exponitur. Stabilisq3 manens das cuncta moueri. non q oĩa moueantur. sed q̃cquid mouetur te dante mouet ꝛ simile genus loquutionis. habet Johãnis ꝑmo Illuminat oẽm hoiem venientẽ in hunc mundũ. nõ q oẽs sił illuminentur. sed oẽs q̃ illuminant a deo illuminantur

¶ Hic phia oñdit deũ esse beniuolũ ex bonitate clementie q̃ oĩa ꝑduxit. ꝛ dr. Quem. s. deum externe. i. extrinsece cause non pepulerunt. i. non coegerũt fingere. i. componere opus. i. creaturã fluitãtis materie q̃ fluit de esse ad non esse. ꝛ ecõuerso. de non esse ad esse forme. veꝝ pro sed. insita. i. intrinseca. forma summi boni. id est sũme tue bonitatis. sc3 pepulit te fingere opus fluitatis materie. O pater tu ducis id est producis cũcta. exemplo superno id est ab exemplari perpetuo Tu ipe pulcherrimus ab omni deformitate elongatus gerẽs mẽte id ẽ mẽoria plenũ mundũ seu pulchꝝ mundũ. s. archetipũ ꝛ formãs. i. ꝑdu

Quẽ nõ externe pepulerũt fingere cãe
Materie fluitãtis opus. veꝝ insita sũmi
Forma boni liuore carens. tu cuncta superno
Ducis ab exemplo. pulchrũ pulcherrimus ipse
Mundũ mente gerens similiq3 imagine formans
Perfcãsq3 iubẽs pfcm̃ absoluere ptes

Metrum nonū

tens ip̄m mundū sensibilē simili imagine sicut ꝑfuit in mēte tua. ⁊ tu iu-bēs mundū ꝑfectū. i. ꝑfecte ꝓductū absoluere id est absolutū tenere sine defectu alicuius ꝑfectas ꝑtes. i. elementa ⁊ elemētata q̄ spectant ad in-tegritatem mūdi. ¶ Notandū ꝙ omne qđ necessitatur a cā extrinse-ca necessitatur ab efficiente vel a fine. q: non sunt plures cause extrinse-ce. Efficiens aūt necessitat dupl'r. vel violentiam inferendo vt ꝓiciēs lapidem sursum. vel aliq̄d ꝯferendo q̄ naturaliter moueatur. sicut gene rās dans formā leuitatis mouet ignē sursum de necessitate nature de⁹ āt nō necessitatᷓ ab efficiēte ꝑmo mō scʒ necessitate nature cū nihil sit po tentius eo nec necessitate scđo mō cū nihil ab alio recipiat. nec etiā neces sitatur necessitate finis. q: qđ necessitatur ab alio tanq̄ʒ a fine ꝯparatur ad ip̄m sicut imperfectum ad perfectum. eo ꝙ finis est bonum ⁊ ꝑfectio illius quod est ad finem. deus aūt a nullo extrinseco perficitur.

¶ Notandū ꝙ sola bonitas diuina coegit ip̄m ad ꝓducendū op⁹ fluitātis materie. nō āt coegit ip̄m necessitādo sed libere mouendo.

¶ Notandū ꝙ inuidia facit ꝙ aliq̄s bonū alteri nō cōicat. q: inui dia est tristicia de bono alterius. Et q: talis inuidia in deo nō est ideo summam bonitatem ꝑ creatōem aliȷ̄s cōicauit: Unde dr̄ Plato in Ti meo Ab optimo inuidia longe relegata est. ⁊ ꝑ ꝯñs sibi dissimilis ꝓut naturaliter cuiusq̄ʒ capax btitudinis esse poterat. effeciq̄ʒ voluerit

¶ Notandū ꝙ sicut in agentib⁹ ꝑ naturā forma rei fiēde ꝓexistit in agente ſm esse reale. sic in agentib⁹ ſm intellectū forma rei ꝓducende ꝑexistit ſm esse intellectuale. Sicut artifex volēs ꝓducere domū oportʒ formā domus ꝑmo in mēte ꝑexistere tanq̄ʒ exēplar ad cui⁹ imitationeʒ faciat domū in materia. cū igiᷓ deus sit agens ꝑ intellectū ꝓducēs mun dum ip̄e ꝑhabuit in mēte sua exemplar mūdi ⁊ oīm ꝑtiuʒ eius. ad cui⁹ imitationē ꝓduxit mundum ad extra. q̄ mūdus in mēte diuina preexi-stens dr̄ architypus. ab archos qđ est princeps ⁊ typos silitudo quasi ꝑncipalis silitudo cui⁹ imago dr̄ esse mūdus sensibilis

¶ Hic phia ꝯmendat deū ex ꝑte sapiētie q̄ ad specialiū effectuū ꝓ ductionē. Et ꝑmo ex ꝓductōe elementoꝝ. scđo ex ꝓductione aīe mūdi. tercio ex ꝓductiōe aīaꝝ nostraꝝ. scđa ibi Tu tri plicis. tercia ibi Tu cau sis. Primo dr̄. O pater tu ligas elemēta nume-ris. i. ꝓportionib⁹ nume ralib⁹ vt elementa frigi da ꝯueniāt. i. cōcordēt flāmis. i. calidis elemē-

Tu numeris elementa ligas vt frigo ra flammis

Arida ꝯueniāt liq̄dis. ne purior ignis

Euolet. aut mersas deducant ponde ra terras.

ris ⁊ arida id est sicca elementa ꝯueniant liquidis. i. humidis. elemen-tis ne ignis purior inter elemēta euolet. i. exeat sperā suā magis ascen-dēdo. ⁊ ne pōdera. i. ḡuitates deducāt. i. magꝭ deorsuʒ ducāt tras mer sas. i. dep̄ssas ¶ Notandū ꝙ elemēta h̄nt ꝓportionē numeralem inter se. sicut eñ duo numeri quadrati ꝯueniūt in vno numero medio ꝓporti-onali. sic duo elemēta ꝯtraria duab⁹ qualitatib⁹ ꝯueniūt in vno elemen

in medio ꝓportionabili vtriusqȝ. Exempli gr̃a. Numerus q̄dratus est q̇ cõstat ex ductu sui ipsius in seipm̃. dicẽdo bis duo ter tria. bis duo in q̄ternariũ et ter tria in nouenariũ. ⁊ accipe vnũ numerꝝ medium ꝓportionabilẽ. s. se nariũ q̇ s̃m eandẽ ꝓportionẽ excedit q̄tuor in q̄ excedit̃ a nouẽ. sicut eñ no uem ↄtinent sex ⁊ mediã ꝑtem sex. ita sex ↄtinent q̄tuor ⁊ mediaȝ ꝑtem q̄tuor. Sic silr̃ est in elemẽtis. Nã ignis ⁊ aq̄ in duabꝰ q̄litatibꝰ ↄtrariã tur. ignis eñ est calidus ⁊ siccus. aqua frigida ⁊ humida. ⁊ colligantur vno medio. s. aere q̇ ↄuenit cũ igne in caliditate ⁊ cũ aq̄ in humiditate. si milr̃ est de aere ⁊ terra respectu aque. Scd̃m hanc sententiã lr̃a sic expo nat̃. Tu ligas elemẽta numeris. i. ꝓportionibꝰ numeralibꝰ. vt frigida. i. aque q̄ frigide sunt ↄueniant flãmis. i. ignibꝰ q̇ calidi sunt. ꝑ vnũ elemẽ tũ mediũ qđ est aer. ⁊ arida. i. terre que aride sunt ↄueniant liq̇dis. i. ꝑti bus aeris q̄ humide sunt ꝑ elementũ mediũ qđ est aqua

Tu triplicis mediũ nature ↄcta mouẽtẽ
Connectẽs aĩam ꝑ consona membra resoluis
Que cum secta duos motum glomerauit in orbes
In semet reditura meat mẽteqȝ ꝓfundã
Circuit. ⁊ simili ↄuertit imagine celum.

¶ Hic ph̃ia oñdit sapientiã ex aĩe mũdi productiõe. Ubi sciendũ ꝙ ista lr̃a cõiter exponitur ad intentiõem Platõis in Thimeo. sȝ q̄ꝛ ista expositio est difficillima ⁊ modice vtilitatis ego eã pertransco ⁊ ponã facilem expõem q̄ ẽ de mente Arest. Ad cuius euidentiam est notandũ ꝙ ꝑ aĩam mũdi hic intelligit̃ intelligẽtia mouẽs orbeȝ q̄ ꝑ motũ virtutẽ suã influit inferioribꝰ. ⁊ hec intelligẽtia đꝛ media inter deũ ⁊ aĩam humanã. Sicut eñ in dignitate ⁊ ꝑfectiõe excedit̃ a deo. sic ip̃a excedit aĩam nostrã ¶ Notandũ ꝙ intelligẽtia hm̃õi đꝛ eẽ triplicis nature ꝓpter tres oꝑationes quas hȝ. s. mouere orbem. intelligere deũ. ⁊ intelligere seip̃am ¶ Notandũ ꝙ orbes celestes dicũt̃ ↄsona mẽbra intelligẽtie. q̄ꝛ ꝑ ip̃os tanq̄ȝ ꝑ organa ⁊ instrumẽta intelligẽtia influit inferioribꝰ. Licet eñ intelligẽtia ꝓ̇ma intentiõe moueat ꝓpter se. tñ scd̃a mouet ꝓpter inferiora. Nis p̃missis lr̃a plana erit. Unñ đt sic. Tu deus aĩam supple mũdi q̄ est intelligẽtia mediã supple inter deũ ⁊ aĩam humanã triplicis nature. i. triplicis oꝑationis mouẽtem cuncta supple inferiora ꝑ influxũ illã tu ↄnectens resoluis. i. distinguis eã ꝑ ↄsona mẽbra. i. ꝑ ↄuenientes orbes. q̄ aĩa cũ secta. i. diuisa q̄ȝtum ad oꝑatiões glomerauit. i. imp̃ssit motũ in duos orbes supple in orbẽ primi mobilis ⁊ in orbẽ planetarꝝ. ip̃sa reditura. i. reflexa meat. i. ꝓcedit in semetip̃aȝ supple intelligendo qđ est vna oꝑatio. ⁊ ip̃sa circuit mentẽ ꝓfundã. i. diuinam. deũ intelligẽdo q̄ est alia oꝑatio. ⁊ ip̃sa ↄuertit. i. mouet celũ simili imagĩe. id est intellectiõe qđ est tercia oꝑatio eius ¶ Nota licet corꝑa celestia sint diuersa. tñ rõe vnitatis p̃nt dici vnũ corpus. Silr̃ intelligẽtie lȝ sint diuerse tñ p̃nt dici vna intelligẽtia ꝓpter vnitateȝ ordinis in operatione mouendi. ergo dicit in singulari animam ⁊ non animas

Metrū nonū

¶ Hic phia commēdat sapientiā dei ex aīaꝝ nostraꝝ creatōne dicens. O pr̄ tu prouehis.i.producis aīas hoīm ꝛ minores vitas.i.aīmas brutoꝝ ꝛ plantaꝝ parib⁹ causis q̄bus aīaz mūdi ꝓduxisti.scꝫ tu aptās sublimes.i.aīas rōnales hoīm leuib⁹ curribus.i.celestib⁹ stellis. tu seris

Tu cauſꝫ aīas parib⁹ vitasq̄ꝫ minores
Prouehis et leuibus sublimes curribus aptans
In celū terrāq̄ꝫ seris. q̄ lege benigna
Ad te ꝯuersas r̄duci facꝫ igne reuerti

eas in celum ꝛ terrā.i in corpe terreno. q̄s aīas conuersas reduci igne.i. charitate reducente facis reuerti ad te benigna lege.i.ordinatōe tua ¶ Nota ꝙ aīe bestiarum ꝛ plantaꝝ dicūtur mīoris vite respectu aīme hoīs.eo ꝙ nō habēt tot nec ita ꝑfectas operationes vite sicut anime hominum

¶ Nota ꝙ ꝑ leues currus ſm intentionē platonicoꝝ intelligit stellas ꝯpares currib⁹. Dixerūt eīm platonici ꝙ deus oēs aīas simul creauerit et semīauerit eas in celo delegēdo eas stellis ꝯparib⁹ a q̄b⁹ postea dilabunꝫ in corpa.sed hec opinio nō valet scꝫ ꝙ oēs aīe simul sint create. immo oī die de nouo creanꝫ. ꝛ create corpib⁹ infundunꝫ. Dicūꝫ āt aīe seri in celum ꝓpter virtutem celestem ex qua vnio anime ad corpus contrahit suam periodum.licet anima a deo producatur in corpore tñ vnio ex parte dispositionuꝫ corporaliū dependet a virtute celesti.ideo dicit eas seri in celum ꝛ terram.quia anime non coaptantur corporibus nisi virtute celesti. Unde.ij.phisicorum Homo enim generat hominem ꝛ sol

¶ Nota ꝙ deus aīas creatas aptat leuib⁹ currib⁹.i.stellis comparibus.qđ sic pt̄ intelligi.qꝛ aīa creata comparitatē ꝛ silitudinem habꝫ cū stella. Sicut eīm stella est nobilior ps sui orbis et est ꝑpetua.sic anima rōnalis perpetua exn̄s est nobilior ps hominis. Ul'sic pt̄ intelligi ꝙ de⁹ aīas creatas aptat leuib⁹ currib⁹.i.rōni ꝛ intellectui q̄ dicunꝫ currus aīme qꝛ ducunt hoīem in cognitōem reꝝ quas aīas serit in celum ꝛ in terram.qꝛ aīa rōne ꝛ intellectu habet cognitōem celestium ꝛ terrestrium

¶ Nota ꝙ ꝑ ignem reducē intelligit ardorē charitatis q̄ hoīez auersum a deo vicijs facit ipm redire virtutib⁹.nisi cū hō deū amet. ipm nō q̄rit nisi q̄rat nō inueniet.nisi inueniat.ad ipm nō reuertetur

Da pr̄ angustā mēti ꝯscēdere sedez
Da fontē lustrare boni. da luce repta
In te ꝯspicuos animi defigere visus
Disijce terrene nebulas ꝛ pōdera mol'
Atꝫ tuo splēdore mica. tu nāqꝫ serenū
Tu q̄es tranq̄lla pijs. te cernere finis
Pñcipiū: vector. dux. seita. tmin⁹ idē

¶ Postq̄ꝫ phia captauit beniuolētiā dei ipsuꝫ mł'tipl'r ꝯmendādo Hic exp̄mit suam petitionē dicens. O pr̄ q̄ facis oīa ꝑdicta da.i.concede menti humane cōscendere sedem angustam.i.nobilē sedem summi boni.da lustrare.i.inuestigādo inuenire fon

tem boni.i.deum qui est fons om̄is boni.da luce reperta.i. coguitiōe p̄/
habita in te defigere.scꝫ per amorem.conspicuos visus.i.claros intuitꝰ
animi id est rōnis ⁊ intellectus.O pater tu disijce id est disperge nebu/
las.i.obscuritates ⁊ pondera id est grauitates terrene molis id est dilec
tionis terrene.atqꝫ mica id est resplende tuo splendore. Tu namqꝫ es se
renum quo supple om̄ia illustrant. Tu es tranquilla requies pijs supple
mentibus.te cernere id est videre est finis supple oim̄.tu idem existēs es
principium quia origo omniū rerum.tu es vector quia vehis nos p̄ gra
ciam quo peruenire non possumus per naturam.tu es dux ducēs ab er/
rore ignorantie.ad veritatem sapientie.tu es semita cum sis via et veri
tas ⁊ cum sis summum ⁊ perfectum bonum ¶ Nota q̄ sedes sum
mi boni dicitur angusta id est subtilis.quia vix magno labore ad ipsam
peruenitur. vel dicitur angusta id est nobilis. quia nihil sibi ꝯparari p̄t.
¶ Item deum vocat fontem summi boni.sicut em̄ riuuli habēt ex
istere ⁊ fluere a fonte ⁊ ipse a nullo. sic a deo om̄e bouum habet esse. ipse
autem a nullo ¶ Notandū ad hoc q̄ sedes summi boni conscēda/
tur oportet q̄ inuestigetur. ⁊ quia non sufficit inuestigare si non inuenia
tur.nec inuenire si non diligatur.ideo ph̄ia petit per amorem defigi vi/
sum animi scilicet rationem ⁊ intellectum in summum bonum.
¶ Nota q̄ quia intellectus ⁊ ratio impediuntur ⁊ obscurantur p̄ af/
fectionem ⁊ desiderium terrenorum. qꝛ corpus qd̄ corrumpitur aggra/
uat animaꝫ quando corpori est subiecta.ideo ph̄ia petit fugari nebulas
terrene molis. ⁊ quia non sufficit fuga tenebrarū nisi assit lux illuminās
iō petit illuminationē dicens.Atqꝫ tuo splendore mica ¶ Itē disij
cio cis.i.diuersis modis iacere.dispergere.separare.diuellere.destruere.
Et dr̄ a dis ⁊ iacio.⁊ scribitur per duplex ij.in scd̄a syllaba

¶ Prosa decima libri tercij

Demonstrat beatitudinē deum sum/
mum bonum esse.

Voniam igitur que sit imper
fecti. que etiaꝫ perfecti boni for
ma vidisti nunc demonstranduꝫ reor
quoniam hec felicitatis perfectio con
stituta sit. In quo illud primum arbi
tror inquirendum.an aliquod huius/
modi bonum (quale pauloante diffi/
nisti) in rerum natura possit existere.

¶ Ista est decima
prosa huiꝰ tercij.in qua
philosophia ostendit v/
bi vera beatitudo sit cō
stituta . et primo conti/
nuando se probat beati
tudinem perfectam esse
in rerum natura. secun/
do ostēdit iu quo sit ve/
ra beatitudo.ibi. Quo
vero. Primo dicit.O
Boeci quoniam vidisti
in p̄cedentibꝫ q̄ sit forma
imperfecti boni ⁊ que sit
forma p̄fecti boni. nunc
reor id est opinor esse de
monstrandum.quo naꝫ
id est vbi hec perfectio

Prosa decima

ne nos preter rei subiecte veritatem. cassa cogitationis imago decipiat. Sed quin existat. sitqꝫ hoc veluti quidam omniū fons bonorū negari nequit. Omne enim quod imperfectum esse dicitur. id minime perfecti imperfectum esse perhibetur. Quo fit vt si in quolibet genere imperfectum quid esse videatur. in eo perfectum quoqꝫ aliquid esse necesse sit. Etenī perfectōne sublata. vnde illud quod imperfectum perhibetur extiterit: ne fingi quidem potest. Neqꝫ enim a diminutis inconsummatisqꝫ natura rerum cepit exordium. sed ab integris absolutisqꝫ procedens. in hec extrema atqꝫ effeta dilabitur. Qꝫ si vti pauloante mōstrauimus est quedam boni fragilis imperfecta felicitas. esse aliquam solidā perfectamqꝫ non potest dubitari. B. Firmissime inquam verissimeqꝫ conclusum est.

felicitatis. id est perfecta felicitas sit cōstituta in quo supple inuestigando illud ego arbitror p̄imum esse inqrendū aliquid hmōi bonum ꝑfectum quale pauloante. s. octaua ꝓsa diffinisti possit existere in rerū natura. ne cassa. i: vana imago id est species cogitatiōis nos decipiat p̄ter veritatez subiecte rei. id est existentis rei sed nequit negari quin existat in rerum natura perfectum bonū ⁊ ꝑfecta felicitas. ⁊ hoc bonuz sit veluti fons omniū bonorū et tunc probat ip̄m esse tali rōne. In quocunqꝫ genere est reperire imꝑfectum. in eodem etiam est reperire perfectum. sed in oīni genere rerum est reperire imꝑfectū bonum ⁊ imperfectā felicitatem. vt ptꝫ ex precedētibus ergo in rerū natura erit dare perfectū bonum ⁊ ꝑfectam felicitatem. Hanc rōnem pertractat in littera ⁊ dicit Oīne qđ đr esse imꝑfectū illud ꝓhibet imꝑfectū diminutōe. i. ex defectu ꝑfecti. quo fit vt si in quolibet genere videat esse quid id est aliquid imꝑfectū in eo genere necesse sit aliquid esse ꝑfectum. etenī sublata. i. circunscripta ꝑfectione. nec fingi potest vnde extiterit. et esse habeat quod ꝑhibetur imꝑfectū neqꝫ enī natura cepit exordium a diminutis ⁊ inconsummatis id est ab imꝑfectis. sed natura procedens ab integris ⁊ absolutis id est perfectis dilabitur in hec extrema id est inferiora atqꝫ effeta id est infructuosa. Ex hoc ergo accipitur maior rōnis. In quocūqꝫ reperitur aliquid imꝑfectū in eodem reperitur ꝑfectum. ¶ Tunc subiungit minorem dicens Sed sicut pauloante mōstrauimus est quedā fragilis boni ⁊ imꝑfecta

felicitas. Et ponit conclusionē dicens: ergo dubitari non potest eē aliquam solidam ꝛ ꝑfectam felicitatem. Quod ꝯcedens Boetius dͭ firmissime ꝛ verissime ꝯclusum est. ¶ Notandū ꝙ in tēꝑalibus ꝛ sensibilibꝫ nō pͭ esse summū ꝛ ꝑfectum bonū. Et qꝛ multi sunt q̄ nō putant eē alia bona preter sensibilia. ideo ne aliquis putet nullū esse ꝑfectū bonū in reꝝ natura phīa primo anteq̄ ostendat vbi sit situm ꝑfectum bonū probat ipm̄ esse ¶ Nota ꝙ res subiecta est de qua habetur sermo ꝛ cognitio. sed dum cogitamus de re que non est tunc cogitatio cassa preter veritatem subiecte rei decipiens nos. ne aūt talis cognitio videatur esse summi boni. iō ṗmo ꝓbat ipm̄ esse in reꝝ natura ¶ Notandū ꝙ impꝑfectū nō pͭ esse principiū reꝝ. qꝛ ꝑfectum ꝓus est impꝑfecto. principio aūt nō est aliq̄d prius. ex quo seq̄tur ꝙ vbi est impꝑfectū. ibi est reꝑire ꝑfectū ¶ Notandū ꝙ est deuenire ad aliqͦd ꝑfectū a q̄ natura incipiens ꝓgredit̄ ad posteriora impꝑfecta. cuiusmodi sunt hec inferiora q̄ dicunt̄ extrema ꝛ effeta que sunt vltima causatoꝝ. nō cā alijs inferioribꝫ.

P. Quo vero inquit habitet. ita ꝯsidera Deum reꝝ oīm principem (bonū esse) cōmunis humanoꝝ conceptio probat animorum. Nam cum nihilo deo meli⁹ excogitari q̄at. id quo melius nihil est bonū esse q̄s dubitet

¶ Hic phīa ōn̄dit in q̄ ꝑfectum bonū siue felicitas sit sita. secūdo ꝯcludit quoddā correlariū tercio mouet dubitationem. scd̄a ibi. Sup̄ hec tercia ibi. Atq̄ hoc quoq̄. Primo dͭ vel ōn̄dit ꝑfectam felicitatē eē in deo ꝯstitutam. Secundo ostendit per quem modū sit in deo: ibi. Sꝫ queso. Primo ponit vnā ꝓpōnem notam. secūdo ex ea probat intentum. ibi. Ita vero. Primo dicit. Iam probatum est ꝙ est dare perfectum bonum quo vero. id est in q̄ habitet illud perfectum bonum. ita considera. Et tunc subiungit ꝓpōnem. Omnis conceptio humanorum animoꝝ probat id est cōcedit deū esse bonum. principem omniū rerum. Et ꝙ deus sit quoddā bonum ꝓbat per hoc. quia deo nihil melius excogitari potest. ꝛ quis dubitat illō esse bonū quo melius nihil est. q. d. nullus. ¶ Notandū deum esse principem oīm rerum oēs concedunt. sed quia pitagorici duo posuerunt esse principia rerum. vnum bonū. aliud malum ne ergo aliquis occasione huius negaret deum esse bonum. ideo hoc probat ex eo ꝙ nihil potest melius excogitari deo. Unde dicit Augustinus in libro de doctrina christiana. Omnes latine lingue scientes cum aures eorum son⁹ tetigerit quo profertur deus mouentur ad cogitandū excellentissimā quandam immortalem naturam. ita autem cogitatur deus vt aliquid quo nihil sit melius.

Ita vero bonū esse deū rō demōstrat vt ꝑfectum quoq̄ in eo bonū eē ꝯuin

¶ Hic ꝓbat intentū ꝙ beatitudo siue perfectū bonū sit sitū in deo tali rōne. Perfectū bonū est

eat Nam si tale sit rerũ oĩm princeps esse nõ poterit. Erit eñ eo pstantius aliquid pfectũ possidẽs bonũ qd hoc prius atqz antiquus esse videatur Oĩa nãqz pfecta minus integris priora eẽ claruerũt Quare ne in infinitum pcedat rõ. ɔfitendũ est summũ deũ summi pfectiqz boni esse plenissimũ Sz pfectũ bonũ. verã esse btitudinẽ ɔstituimus Verã igit btitudinẽ in summo deo sitam esse necesse est. B. Accipio inqz Nec est quod cõtradici vllo modo queat.

vera btitudo. sed in deo est pfectũ bonũ ḡ in deo est ṽa btitudo. Vñ dt in lrã Ratio ista demõstrat deũ eẽ bonũ vt cõuincat .i. infalibilr concludat in eo esse pfectuz bonũ. nã nisi de⁹ sit tale scz pfectũ bonũ. qr oĩa pfecta claruerũt. i. manifesta sũt eẽ priora minus integris .i. impfectis. quare ne rõ pcedat in infinitũ ɔfitendũ est summuz bonũ eẽ plenissimũ summi z perfecti boni. z sic patet minor rõnis. scz q in deo est pfectuz bonũ Tunc pbat maiorẽ dicens. Sed concessimus .i. pbauimus nona prosa pfectũ bonũ esse veram beatitudinem. igit restat ɔcludere q necẽ est verã beatitudinẽ sitam esse in summo deo Cui Boetius consentiens dicit Accipio id est ɔcedo inqz. nec est quod vllo modo queat contradici.

¶ Notandũ q si deus non esset pfectum bonum sed impfectũ pcederetur in infinitũ sic arguendo Deus vel est pfectum bonũ vel impfectũ. si pfectum habet ppositũ. si impfectũ. erit aliqd prius eo. cũ pfectũ sit prius imperfecto Illud ergo prius vel est perfectum bonum vel imperfectum. si perfectum illud erit deus. z habetur ppositum. si imperfectum erit aliquid prius eo. cum pfectum sit prius imperfecto. iterum querit de illo priori. vel est perfectũ bonũ vel impfectum Et sic pcederet in infinitum vel dabitur deum esse perfectum bonum z hoc innuit in littera cum dicit. Quare ne in infinitum ratio procedat

P. Sed qso inquid te. vide qz id sctẽ atqz inuiolabiliter pbes q boni sũmi summũ deũ diximus esse plenissimũ B. Quonã inqz modo Ne hunc rerũ omnuũ prẽm. illud summũ bonũ quo plenus esse perhibet. vel extrinsec⁹ accepisse. vel ita naturaliter habere psu

¶ Hic phia oñdit per quem modũ vera btitudo sit in deo. qr non est in deo tanqz aliquid distinctũ ab ipo. sicut accidens a subiecto sz ẽ idez cum ipso. quod probat quatuor rationibus. secũda. ibi. Postremo. tercia ibi. Omnĩ. quarta. ibi. Respice inquit Prio premittit intentũ

mas quasi habentis dei habiteq̄ be atitudinis diuersam cogites esse sub stantiam. Nam si extrinsecus accep tū putes. prestantius id quod dederit ab eo quod accepit existimare possis Sed hunc esse rerum omnium precel lentissimum dignissime confitemur. Q si natura quidem inest. sed est rōe diuersum. cum de rerum principe lo quamur deo. fingat q̄ potest. quis hec diuersa coniunxerit

sūū cū quadā diuisione cuius mēbra improbat dicens O Boeci queso te vide q̄ id scē. i. firmi ter ⁊ inuiolabiliter pro bes q̄ diximus summū deū esse plenissimū sum mi boni. ⁊ dr̄ Boetius. Quonā mō supple hoc pbat Tunc ponit phīa diuisionē dicens Pre sumis. i. putas ne hunc patrē oīm rex accepisse extrinsec⁹ illud summū bonū quo perhibet esse plenus. vel presumis ita naturaliter habere a se illud bonum quasi cogi tes diuersā eē substātiā dei hn̄tis ⁊ btitudinis habite Et tunc improbat mēbra primo q̄ deus non accepit summū bonū ab extrinseco dicens. Nā si putes bonū qd̄ in deo est extrinsecus acceptū tunc tu possis. i. potes existimare esse prestan tius. i. melius illud bonū quod dederit. eo quod acceperit. s. deo quod ē falsum. q̄ confitemur hunc precellentissimum omnium rerum Tunc p bat q̄ perfectum bonū in deo non est in ipso naturaliter tanq̄ differens a substantia sua dicens. q̄ si natura id est per naturam inest deo summū bonū sz ē diuersum ab ipo rōne q̄ditatiua. fingat q̄ pt q̄s hec diuersa cō iūxerit. s. deū ⁊ summū bonū. q. d. nō ē dare aliquē poīē ista diuersa ɔiū gentē ¶ Notandū q̄ rō quā phīa p̄tendit est ista Summū bonū qd̄ est in deo vel est acceptum ab extrinseco vel inest sibi naturaliter. si ab ex trinseco aliquid erit prestantius ⁊ nobilius deo. q̄ dans summū bonum prestantius est recipiente ipsum Si autē inest deo naturaliter vel tanq̄ idem sibi. vel tanq̄ [illegible]ersum ab ipso Si tanq̄ idem sibi habetur propo situm. si tanq̄ diu[illegible]n ab ipso erit aliquid prius quod ista diuersa cō iunxerit. talia autē [illegible]gere est difficile

Postremo qd̄ a qualibet re diuersum est id non est illud a quo intelligit esse diuersum. Quare quod a summo bo no diuersum est: sui natura id summū bonū nō est. Quod nefas est de eo co gitare. quo nihil ɔstat eē p̄stantius

¶ Hic phīa ponit [illegible] rōnem q̄ summū bonū in deo non differt ab ipo Et est ratio talis. Il lud quod est diuersum ab alio non est illud a q̄ est diuersum. Si ergo summum bonum esset diuersū a deo deus nō esset summū bonum qd̄ nefas ē di[illegible]re vn̄ dr̄ i lrā

Prosa decima

¶ Postremo illud qđ est diuersum a qualibet re illud non est illud a q̄ vi3 detur eē diuersum. quare qđ sui natura diuersum est a summo bono. illđ non est summū bonū. si igiť summū bonū ita sit in deo ꝙ ẜm naturam sit diuersum a deo. sequitur ꝙ deus nō sit summū bonū. qđ nefas est cogitare de deo quo nihil ꝯstat esse prestantius ¶ Nota ꝙ si aliquid esset in deo diuersum ab ipso deus eēt ꝯpositus ⁊ nō essentie simplicis qđ ē falsum. Item qđ ē in deo diuersum ab ipso vel est accidens vel ps eius. nō accidens. qꝛ deus non est subiectum alicuius accidentis. si est pars eius cū pars precedat totum aliquid erit prius deo quod falsum est.

¶ Hic phia ponit terciā rōem que est talis Illud qđ est ṗncipiū oīm formaliter est summū bonū. qꝛ summū bonum non potest esse principiatum. sed deus est principium oīm. ğ formaliter est summū bonum. summum aūt est beatitudo. ergo deus formaliter est summa beatitudo Vñ dicit in littera Omnino id est generaliter nullius rei natura poterit esse

¶ Omino enim nullius rei natura suo principio melioꝛ poterit existere Quare qđ oīm ṗncipiū sit. id etiā sui substantia summū esse bonu3 verissima ratione ꝯcluserim. B. Rectissime inq̄3. P. Sed summū bonū beatitudinem esse concessum est. B. Ita est inq̄3. P. Igitur inquit deū esse ipam beatitudine3 neccē est ꝯfiteri. B. Nec ꝓpositis inq̄3 prioꝛib9 refragari queo et illis hoc illatū ꝯsequens eē ꝑspicio.

melioꝛ suo ṗncipio. quare qđ omniū est ṗncipiū sicut deus illud etiā cōcluserim verissima rōne summū esse bonum substantia. i. per sui substantiam. cui assentiens boetius đr rectissime inq̄3 ꝯclusum est. Subiūgit phia Sed summum bonum eē btitudinē ꝯcessum ē Dicit boetius ita est inq̄3 Concludit ergo phia Igiť neccē est deu3 ꝯfiteri ipam btitudinē Dicit boeti9 Nec queo refragari. i. resistere prioribus ꝓpositis. i. ṗmissis et ego ꝑspicio hoc illatū esse ꝯsequens illis. i. ad illa ¶ Nota ꝙ ṗncipium oīm reꝝ opꝫ esse summum bonū substātialiter. qꝛ si aliquid aliud a ṗncipio eēt summū bonū substātialiter sicut aliquid ṗncipiatū sequitur ꝙ ṗncipiatum sit nobili9 suo principio. nam bonum substantialiter nobilius est bono accidentaliter. Item si principium non est bonum substantialiter sed accidentaliter. cū oīe qđ est tale ꝑ accidens reducatur ad aliquod tale ꝑ se tūc ṗncipium reduceretur ad aliquid ⁊ ꝑ ꝯñs non esset principium.

P. Respice inquit an huic q̊q3 idē firmius approbeť ꝙ duo summa bona q̄ a se diuersa sint esse non pñt. Etēm

Hic ponit quartā rōe3 ꝙ beatitudo in deo non differt ab ipso Si beatitudo differret a deo cu3 vtrumq3 tam deus q̄3 beatitudo sit summum

que discrepant bona. nō esse alterum quod sit alterum liquet Quare neutrū poterit esse ꝑfectum cum alterutri al/terutrum deest Sed quod perfectum non sit. id summum non esse manife/stum est Nullo modo igitur que summa sunt bona. ea pn̄t esse diuersa. At qui ꝛ beatitudinem ꝛ deū. summū bonū esse collegimus Quare ipam nccē est summā eē beatitudinē. que sit summa diuinitas. B. Nihil inq̄3 nec re/ipa verius. nec rōcinatione firmius. nec deo dignius concludi potest

bonū. eēnt duo summa bona quorū vnū nō eēt alterū. ꝛ cū vnum desit alteri neutrū erit ꝑfectū et summū bonū. q2 ꝑfe/ctū est cui nihil deest. g° nccē est btitudinem esse idem cū deo. Unde dt in lrā. O boeti respice an huic qd mō dicam il/lud qd ꝓbatū est firmi⁹ approbet. duo summa bona eē nō possunt que sint a se diuersa. etenim liquet. i. manifestū est. ꝙ bona que discrepant al/terū non esse qd alteruz sit. quare cū alterū desit alteri neutrū poterit esse ꝑfectum cū ꝑfectum sit cui nihil deest. sed manifestū e illud non esse summum bonū quod nō est ꝑfectū. igit̄ nullo mō pn̄t esse diuersa ea que st̄ summa bona. sed deum ꝛ beatitudinē collegimus esse summū bonū q̄re nccē est ipam naturā que est diuinitas. i. naturā dei esse summā btitudinem qd Boetius approbans dt. nihil verius est ipsa re nec rōcinatione firmius. nec deo dignius ꝯcludi pt ¶ Notandū ex. iiij. thopicoꝝ qd ꝑ supabūdantiam dr vni soli ꝯuenit. cū igit̄ summū bonū dicat̄ ꝑ superabundantiā non erūt duo summa bona. Item si essent duo summa bona vel essent eiusdez speciei vel differrent spē. si eiusdē speciei erūt equaliter ꝑfecta ꝛ vnū erit supfluū. si differūt spē vnum erit ꝑfectius altero. q2 im/possibile est duas spēs esse equaliter ꝑfectas. sed qd est impfectius non est summum bonum. g° non sunt plura summa bona.

P. Sup hec inquit igitur veluti geometre solent. demrātis ꝓpositis aliq̄d inferre que porismata ipsi vocant. ita ego q̄3 tibi veluti correllarium dabo: Nam qm̄ beatitudinis adeptione fi/unt hoīes beati: beatitudo vero ē ipsa diuinitas. diuinitatis adeptione bea

¶ Hic phia ꝯcludit ex dictis q̄ndā ꝯclusionez correllariā dicēs. Sup hec p̄dicta ego tibi da/bo corrollariū. i. ꝯclusionem correllariā ita sc3. Sicut geometre aliq̄d solent demonstratis suis ꝓpositis inferre. que illata ipi vocant porismata id est apertiones Et tunc ponit correllarium

atos fieri manifestum est. Sed vti iusticie adeptione iusti. sapientie sapientes fiunt. ita diuinitatem adeptos. deos fieri simili rõne necesse est Omnis igitur beatus deus sed natura quidẽ vnus. participatione vero nihil prohibet eẽ ꝗꝫ plurimos. B. Et pulchrũ inqꝫ hoc atqꝫ preciosum siue porisma siue correlarium vocari mauis

ꝙ oĩs beatus est deus qꝺ sic infert. qꝛ adeptione beatitudinis fiũt homines beati. beatitudo ꝓo ẽ ipa diuinitas vt ꝓbatũ est Manifestũ est hoĩes beatos fieri adeptione diuinitatis sed sicut adeptione iusticie fiunt hoĩes iusti ⁊ adeptione sapientie sapientes. ita necesse est adeptione diuinitatis esse beatos siue deos. Igitur oĩs beatus est deus. ſꝫ natura quidẽ vnus deus est ⁊ non plures. participatione aũt nihil ꝓhibet plures deos esse. Hanc ꝯclusionẽ ꝯmẽdans Boetius dꝛ Et pulchrũ inqꝫ hoc. s. qꝺ mõ ꝯclusisti atqꝫ preciosum siue porisma siue correlarium mauis. i. magis velis ipsum vocari ¶ Notandũ ꝙ oĩs beatus est deus. hoc ꝓbatur ex littera sic Hoĩes fiunt beati adeptione beatitudinis sed beatitudo est diuinitas ḡ hoĩes fiũt beati adeptõe diuinitatꝭ ſꝫ adeptõe diuinitatꝭ aliq̇s efficiť deꝰ. ḡ oĩs beatus est deꝰ Vel potest sic argui Adeptione diuinitatis aliquis efficitur deus. Adeptione diuinitatis aliquis efficitur beatus. cũ diuinitas sit idem cum beatitudiue. ergo omnis beatus est deus

¶ Nota ſm Huguitionẽ porus pori est subtile foramen in corpe per quod sudor emanat Inde porisma porismatis. i. opatio vel illuminatio sensus Dicuntur etiã porismata regule quas geometre ꝓponunt ad aliquid ostendendum eo ꝙ aperiant ⁊ illuminent mentem lectoris. ⁊ ipse sic allegat Boetium in hoc libro de hoc noĩe porisma ¶ Notandum ſm eundem Huguitionem a corona venit coronarium quod ẽ premium victorie vel premiũ belli vel certaminis. s. corona vel aliquid aliud vel coronarium est vnde aliquis meretur honorem vel adipiscitur coronam Et etiaꝫ allegat Boetium in hoc loco de hoc nomine coronarium sed cõiter ipm noĩamus correlarium. ⁊ est correlarium conclusio sequẽs ex premissis ¶ Nota aliquis diceret Si oĩs beatus est deus. cum plures sint beati. plures erunt dij. Respondet Boetius ꝙ vnus est deꝰ naturaliter ⁊ essentialiter. sed participatiue. ſcꝫ participatione virtutis ⁊ immortalitatis possunt esse plures dij. Unde psalmista. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi omnes Idem innuit philosophus. xij. methaphisice vbi sic concludit. Non valet pluralitas principum. sit ergo vnus princeps ſcꝫ ſm naturam ⁊ essentiaꝫ Ergo dicit Seneca Uir speculatiuus est quasi deus in humano corpore hospitatus.

¶ Pro quo vlterius notandum ꝙ deus est quadruplex Aliquis est deus nuncupatiue vt ydolum. Alius vsurpatiue vt demones cultũ

dei ſibi vſurpantes (vt dicit ſcriptura) Oēs dij gentiũ demonia Tercius ꝑticipatiue vt hoīes beatitudinem participantes Quartus eſt deus natura habens eſſentie eternitatem immutabilitatem ꝛ communicabilitatem Primis tribus modis poſſunt bene plures eſſe dij. ſed nõ quarto modo ¶ Ultimo nota deitatem ſiue diuinitatem participare non eſt niſi immortalitatem. impaſſibilitatem. ſubtilitatem. ꝛ agilitatem adipiſci. Nam mortale additum nobis ſeparat nos a dijs (vt dꝫ Porphirius) ergo adeptione immortalitatis erimus dij.

¶ Hic phīa mouet circa ꝑdicta quandã dubitatõeȝ, ſcđo ſoluit eã ibi Cuius diſcretionē Primo dt. Ex ꝙ dicis hoc correlarium eſſe pulchꝝ Atqui procerte hoc qđ iam dicam nihil eſt pulchrius qđ rõ perſuadet eſſe annectendũ. his ſcȝ ſupradictis. ꝛ dt Boetius. quid eſt pulchrũ illud. Dicit phīa cũ beatitudo videat multa cõtinere dubitatur vtruȝ hec oīa ꝯiungant. i. ꝯſtituant veluti vnũ corpꝰ beatitudinis quadã varietate partiuȝ, an ſit aliquid corꝝ quod compleat ſubſtantiam beatitudinis ad quod cetera referant Tunc Boetius petit hãc queſtionē magis elucidari dicens. Uellem inquit vt patefaceres illud quod queris commemoratione ipſarum rerũ ſupple exemplificando Et philoſophia condeſcendens boetio querit. nõne cenſuimus btitudinem eē bonum Dicit Boetiꝰ. certe ſummum bonũ Cui phīa Licet. i. licitum eſt addas hoc. ſ. ſummum omnibus his. nam bea

¶ P. Atqui hoc quoqȝ pulchrius nihil eſt qđ his annectendũ eſſe rõ perſuadet. B. Quid inqȝ: P. Cũ multa inquit beatitudo ꝯtinere videatur vtrum ne hec omnia vnũ veluti corpus beatitudinis quadã ꝑtiũ varietate ꝯiungant. an ſit corꝝ aliquid quod beatitudinis ſubſtãtiã ꝯpleat. ad hoc vero cetera referantur. B. Uellem inqȝ id ipſaꝝ reꝝ ꝯmemoratione patefaceres. P. Nonne inquit beatitudinē bonũ eſſe: cenſuimus. B: Ac ſummũ quidem inqȝ. P. Addas inquit hoc omnibꝫ licet. Nã eadē ſufficiētia ſumma eſt: eadem ſumma potentia reuerētia quoqȝ claritas ꝛ voluptas btitudo eſſe iudicaꝛ. B. Quid igitur. P. Heccine oīa bona. ſufficientia. potentia. ceteraqȝ veluti quedã btitudinis membra ſunt.. an ad bonũ veluti ad ꝟticem cũcta referunꝛ. B. Intelligo inqȝ quid inueſtigandum ꝑponas. ſȝ quid ꝯſtituas audire deſidero.

Prosa decima

titudo est summa sufficientia. eadē est summa potentia. ⁊ iudicat̄ eē summa reuerentia. claritas ⁊ voluptas Quid igit̄ estimas dicendum. heccine id est nūquid hec oīa scȝ sufficientia. potentia ⁊c̄. sunt veluti quedam membra beatitudinis an cuncta referunt̄ ad bonū veluti ad verticē idē tanq̄ȝ ad summam rōem appetendi omnia alia Tunc Boetius fatet̄ se intelligere questionem ⁊ prestolari eius solutionē dicens Intelligo quid proponas inuestigandum sed desidero audire quid constituas .i. diffinias questionem dissoluendo ¶ Notandum ꝙ questio quam philosophia mouet est ista Utrum predicta quinq̄ȝ .s. sufficientia. reuerentia ⁊c̄. ꝯstituant beatitudinem sicut diuersa membra vnū corpus vel vtrū omnia sunt eadem ⁊ referantur ad aliquod vnū scȝ ad bonum quod sit ratio appetendi omnia ista ¶ Notandum qꝛ in beatitudine est summum bonum. ⁊ in beatitudine est sufficientia. reuerentia. potētia. gloria ⁊ iocunditas. ideo queritur an ista sint in beatitudine tanq̄ȝ diuersa. aut ad vnum relata scȝ ad bonum ratione cuius appetunt̄ ¶ Nota ad primam ꝑtem questionis debet responderi ꝙ non. qꝛ membra vnū corpus constituentia debent esse inter se diuersa vt statim ꝓbabitur in littera sequenti. sed illa quinq̄ȝ sunt vnum vt probatum est ergo non possunt esse partes beatitudinis ꝯstituentes ipsam sicut membra vnum corpus Etiam si sic sequeretur ꝙ beatitudo seu deus non esset omnino simplex quod est impossibile

¶ Hic philosophia soluit questionem Et ꝑmo ōndit ꝙ ista quinq̄ȝ non sunt ꝑtes ⁊ mēbra beatitudinis. scđo ōndit ꝙ oīa referantur ad bonū ibi. Ad bonum vero. Primo intendit talē rōem Mēbra ꝯstituētia aliquid vnū ad inuicē debent eē diuersa. sed ista oīa quinq̄ȝ sunt idē ergo non sunt membra ⁊ ꝑtes beatitudinis. vñ dr in littera. Cuius rei supple posite in questione sic accipe discretiōem .i. discretā solutionē Si hec oīa forent membra beatitudinis tūc discreparēt a se inuicem Hec eñ est natura partium vt diuersa componant vnum. Atqui pro certo hec omia quinq̄ȝ mōstrata sunt idez esse supple in nona prosa igitur minime sūt mēbra btitudinis. Sȝ si in eis saluet̄ ratio membri omnia erunt vnū membrū. ⁊ tunc sequit̄ btitudinē ꝯponi

¶ P. Cuius discretionē rei sic accipe Si hec oīa beatitudinis mēbra forēt a se quoq̄ȝ inuicē discreparent. Hec ē eñ partiū natura. vt vnū corpus diuersa ꝯponāt. B. Atqui hec oīa idez esse monstrata sunt. P. Minime igit̄ membra sunt Alioquin ex vno membro beatitudo videbitur esse ꝯiuncta quod fieri nequit. B. Id quidem inquam dubium non est. sed id quod restat expecto

ex vno mēbro qd̄ ē impossibile. ⁊ hoc est qd̄ dicit. alioquin. i. si aliter dicatur q̄ nō sunt mēbra sed vnū membrum. videt̄ beatitudo esse ꝯiūcta ex vno mēbro quod fieri nequit Et dicit Boetius. id quidē qd̄ mō ꝯclusum est non est dubium. sed istud quod restat de veritate alteri⁹ partis questionis expecto ¶ Notandum q̄ beatitudo est diuinitas vt prius visum est. ⁊ q̄ꝛ diuinitas est omnino simplex ⁊ īdiuisibilis ex nullo p̄t esse ꝯstituta. cū em̄ ꝯstituens prius sit constituto esset aliquid prius deitate quod absurdum est. ergo beatitudo non potest esse cōstituta ex pluribus membris vel ex vno membro

P. Ad bonū vero cetera referri palā est. Idcirco em̄ sufficientia petit̄. qm̄ bonū esse iudicat̄. Idcirco potentia qm̄ id quoqꝫ esse creditur bonū Idez de reuerentia. claritudine. iocunditate coniectare licet Oīm igit̄ expetendorum summa atqꝫ causa. bonum ē. Quod eī neqꝫ re neqꝫ similitudine vllum in se retinet bonū id expeti nullo modo potest Contraqꝫ etiam que natura bona non sunt tn̄ si esse videātur quasi vera bona sint appetūtur. Quo fit vti summa cardo atqꝫ causa expetendorum omnium bonitas esse iure credatur.

¶ Hic ph̄ia ostendit q̄ oīa referant̄ ad bonum tāq̄ʒ ad cām ꝓpter quā appetunt̄. scd̄o ex dictis deducit quasdā ꝯclusiones supius ꝓbatas. vt melius intelligant̄. scd̄a ibi. Cuius vero cā Primo dicit Palā est cetera. s. quinqꝫ supradicta ad q̄ oīa appetēda reducuntur. ipsa referri ad bonū. Idcirco em̄ petit̄ id est appetit̄ sufficientia q̄ꝛ bonū esse iudicat̄ idcirco potentia desiderat̄ q̄ꝛ id etiā credit̄ esse bonum. idem licet ꝯiectare id est iudicare de reuerentia. claritate. ⁊ iocunditate. ⁊ sic vniuersaliter ꝯcludere q̄ bonū est summa. i. ꝑfectio ⁊ causa omniū expetendoꝝ. i. desiderandorum quod declarat per signum dicens Illud em̄ qd̄ neqꝫ in re neqꝫ in similitudine. i. apparentia nullum bonum retinet in se. illud nullo mō p̄t expeti. i. desiderari. ⁊ ecōtra. i. ꝑ ꝯtrarium illa que nō sunt bona natura. i. ex natura. tn̄ si videantur. i. appareant esse, quasi vera bona sint appetuntur. quo fit vti bonitas iure credat̄ esse summa atqꝫ causa oīm expetendorum ¶ Nota q̄ bonum est causa oīm desiderandorum. q̄ꝛ deficiente rōne boni in aliquo siue sit bonū ꝯm apparentiā siue existētiam tollitur rō appetibilis. posita vero rōe boni in aliquo siue ꝯm rem siue ꝯm apparentiā ipsum est appetibile. ꝓpter quod dicit Arestoteles. iij. de anima Mouet em̄ appetibile hoc quidē bonum. hoc autem apparens bonum

Prosa decima

¶ Hic ex dictis philosophia deducit quasdam conclusiones prius probatas vt melius intelligantur ⁊ sunt due. Prima est ꝙ bonum et beatitudo sunt idem. Secunda ꝙ deus ⁊ bonum idem sunt. Deducens ergo primam conclusionez dicit. Illud maxime videtur optari cuius causa quid id est aliquid expetitur id est desideratur vt si causa salutis id est sanitatis quispiam id est aliquis velit equitare. non tam id est non tm̄ desiderat actuz equitandi q̄3 id est q̄3 tuz desiderat effectum salutis id est sanitatis Cuz igitur omnia petantur gratia boni illa non potius desiderātur ab omnibus q̄3 ipm bonū. sed nos concessimus beatitudinem esse ꝓpter quā cetera optanť quare sola beatitudo tanq̄3 finis omnium alioꝝ desideratur. ex quo liquido id est manifeste apparet eē eādem substantiam ipius boni ⁊ beatitudīs Boetius assentiēs isti deductioni dr. nil video cur q̄s piaz possit dissentire.

¶ Cuius vero causa quid appetitur. id maxime videtur optari. Veluti si salutis causa quispiam velit equitare. non tam equitandi motū desiderat q̄3 salutis effectum. Cuz igitur omnia boni gratia petantur. non illa potius q̄3 bonum ipsum desideratur ab omnibus. Sed propter quod cetera optantur. beatitudinem eē cōcessimus. Quare sic quoq3 sola queritur beatitudo. Ex quo liquido apparet ipius boni et beatitudīs vnā atq3 eandē esse substantiā. B. Nihil video cur dissentire quispiam possit

¶ Notandū quorūcunq3 ꝓprietas ꝑ se ē eadem. necesse est illa eē eadem. cum igiť bonuz et beatitudo habeant vnā et eandē ꝑ se ꝓprietatē erunt eadē. Nam per se ꝓprium est beatitudini ꝙ oīa ꝓpter eam desideranť. Silr illa ꝓprietas est boni ꝙ oīa appetūtur quia bona. ergo bonum ⁊ beatitudo sunt idem

¶ Notandū ꝙ illud magis appetitur cuius causa aliquid appetitur. quia illud ꝓpter quod aliquid appetitur. prius est in causando motuz desiderij q̄3 illud qđ appetitur ꝓpter aliud. q2 cā ꝑmaria ꝑus influit q̄3 secūdaria. ⁊ iō illud ꝓpter qđ aliq̄d appetiť plus influit desiderio q̄3 illud qđ appetiť ꝓpter aliud sicut finis plus influit q̄3 ordinata in finē. et h̄ declarat ꝑ exemplū in littera de sanitate que plus appetitur q̄3 actus eq̄tandi factus propter sanitatem

P. Sed deū veram beatitudinem atq3 idē esse mōstrauimus. B. Ita inq̄3

¶ Hic phia ex conclusione prius probata deducit secūdū. s. deum et bonū esse idē ſm sub

P. Secure igi̽ cõcludere licet. dei q̃ qꝫ in ipso bono nec vsq̃ꝫ alio sitam eẽ substantiam.

stantiã ꝛ dꝛ. Sꝫ demõstrauimus deũ ꝛ veraꝫ beatitudinẽ esse idem et vnũ. ꝛ dꝛ Boetius Ita est inq̃ꝫ Ex quo concludit phia dicẽs. Igitur secure licet concludere substantiã dei sitaꝫ esse in ipso bono nec vsq̃ꝫ alio id est alibi ¶ Notandũ ꝙ ex prima conclusione infertur secũda accipiendo primam conclusionem pro maiore. arguendo sic. Bonum ꝛ beatitudo sunt idem ꝭm substantiaꝫ. sed deus est vera beatitudo. ergo deus et bonum sunt idem ꝭm substantiam

¶ Metrũ decimũ libri tercij

b Huc oẽs pariter venite capti
Quos fallax ligat iprob cateīs
Terrenas habitans libido mentes
Hic erit vobis requies laboꝝ
Hic portus placida manẽs quiete
Hic patens vnũ miseris asilum
Non quicq̃d tagus aureis arenis
Donat. aut hermus rutilãte ripa
Aut indus calido ꝑpinquus orbi
Candidis miscẽs virides lapillos
Illustrãt aciem magisq̃ꝫ cecos
In suas condunt aīos tenebras
Hoc quicq̃d placet excitatq̃ꝫ mẽtes
Infimis tellus aluit cauernis
Splendor quo regi̽ vigetq̃ꝫ celuꝫ
Vitat obscuris aīe ruinas
Hanc quisquis poterit notare lucem
Candidos phebi radios negabit

¶ Istud est metrum decimũ huius tercij qđ dꝛ fallentiũ ad inuentore. ꝛ est vndecasyllabũ ꝯstans ex spõdeo ꝛ dactilo. ex duobꝫ vel tribus troheis. qꝛ vltimo loco pt poni spõdeus vl' trocheus In q̃ metro phia postq̃ꝫ oñdit in q̊ sit summa beatitudo hortatur ad istã beatitudinẽ ꝑuenire dicens. Oẽs capti quos fallax libido. i. fallax delectatio habitans id possidẽs. t̃renas mẽtes ligat improbis catenis. i. vicioꝝ cupiditatibus. venite pariter huc id est ad summũ bonuꝫ qđ est situꝫ in deo. Tũc oñdit vtilitatẽ veniẽdi ad illud bonum dicens Hec scꝫ beatitudo q̃ est de⁹ erit vobis req̃es laboꝝ. cum ipse sit ꝑmiuꝫ in hac vita laborantiuꝫ hic est port⁹. i. securitas manens placida quiete hic est asilium id est domus refugij vnuꝫ id est forum qꝛ tm̃ ad deuꝫ est tutũ refugiũ. patens. i. aptum miseris. Tunc ꝯparat istud bonũ ad bona tꝑalia oñdens bona tꝑalia esse dãnosa. qꝛ sui cupiditate obtenebrãt aīam dicens Quicq̃d donat tagus fluuius iste aureis suis arenis. quic

Prosa vndecima

quid donat hermus fluuius rutilāte.i.splendēte sua ripa. aut Indꝰ fluuius a quo dr̄ India ꝓpinquus calido orbi.qꝛ vicinus torride zone Indus inq̄ꝫ ꝯmiscēs lapillos virides id est smaragdos candidis.i.margaritis.totū illud nō illustrat aciem supple mētis sed magis condunt.i.inuoluunt cecos aīos in suas tenebras.i.ignorātias veri boni.hoc scꝫ bonum tꝑale q̇cquid.i.qđcunq̄ꝫ placet ⁊ excitat mētes ad cupiditatē. illđ tellus aluit infimis cauernis.i.ꝓfundis.qꝛ in ꝓfundo terre gignūꝶ metalla ⁊ gemme. Tūc oñdit vtilitatē boni qđ est deus.in q̄ est vera beatitudo dicēs. Splendor.i.beatitudo splendēs q̊ splendore regitur celum ille vitat obscuras ruinas anime,qꝛ splendor ⁊ obscuritas se nō cōpatiunꝶ in eodem.q̇squis ğ poterit notare.i.notam habere hāc lucem ipe negabit.i.nō curabit candidos radios phebi.i.solis ¶ Notandum ꝓpter lr̄am ꝙ asilum ꝺm Huguitionē dr̄ domus refugij quā Rhomulꝰ fecit.ab a qđ est sine.⁊ silon qđ est tactus quasi sine tactu. qꝛ nō erat fas aliquē ibi tangere vel offendere ¶ Notandū ꝺm Isid.li.ethymoꝶ. Tagus est fluuius quē cartago hispanie sic nūcupauit.ex q̊ ꝓcedit fluuius arenis ⁊ auriferis copiosus.⁊ ob hoc ceteris fluuijs hispanie est ꝑlatus ¶ Notandū ꝺm Huguitionē ꝙ hermus est fluuius asie q̄ cāpos smirneos secat fluctibus.⁊ est plenꝰ aureis arenis Indus aūt ꝺm Isid.est fluuius orientalis qui rubro mari excipitur a quo india nūcupaꝶ abundans margaritis ⁊ smaragdis

¶ Prosa vndecima tercij libri

¶ Hic vult demōstrare quid sit bonum.ꝙ vnū atq̄ꝫ idem est bonuꝫ.⁊ ꝙ vnū semꝑ desiderat subsistere

Assentior inq̄ꝫ. Cuncta em̄ firmissimis nexa rōnibus cōstant. P. Tuꝫ illa quanti inquit estimabis si bonum ipm̄ quid sit agnoueris. B. Infiniti inquā.siquideꝫ mihi pariter deū quoq̄ꝫ q̄ bonū est ꝯtinget agnoscere. P. Atq̄ hoc verissima inquit rōne patefaciā. Maneāt mō q̄ pauloāte conclusa sunt. B. Manebunt

¶ Ista est vndecima prosa huiꝰ tercij. in qua phīa inducit Boetium in cognitionē quorundā que prius fassus fuit se ignorare scꝫ quis sit finis omniū rerum.et q̇bus gubernaculꝭ mundus regaꝶ. Primo ducit ipsum in cognitioneꝫ primi.secūdo secundi in sequenti prosa. Primo phīa inuestigat diffinitionē boni. scđo ex h̄ oñdit q̇s sit finis oīm rerū ibi. Et illa nimiuꝫ. Primo premittit quedam. Secūdo phīa aggreditur ꝓpositum. ibi. nōne inq̄t. Prīo Boe. assentiens ꝑdictis dr̄. Assentior in.q̄ꝫ.s.iā dictis.cūcta em̄ ꝯstant nexa firmissimis

similis rōnibus. qꝛ demōstratiuis. Et phia inqͣt. Quāti. s. p̄cij estimabis. si agnoueris qd sit ipm bonū. Rūdet Boetius Infiniti scȝ p̄cij inquā estimabo siqdem mihi pariter ꝯtingat agnoscere deū q bonū est. Dicit phia Atqȝ p certe h patefaciā verissima rōe. maneāt. i. ꝯcedant. mō id est tm̄mō q ꝯclusa sꝫ pauloāte Et dt Boeti⁹. maneb ūt sine oi ꝯtradictōe in sui veritate. Nota ꝙ ad pbandā aliquā ꝯclusionē opꝫ principia manere in sui veritate ⁊ ea cōcedi. si em̄ negarent nō posset ex eis deduci cōclusio. Volens ḡ phia ex his que ꝯclusa sunt tanq̄ ex principijs cōcludere qd sit bonū. dt hoc velle facere manētibus his que pbata sꝫ Et dt. B. ꝙ manebunt in sui veritate

P. Nonne inquit monstrauimus ea que appetūtur a pluribus. idcirco vera perfectaqȝ bona non esse quoniam a se inuicem discreparent cumqȝ alteri abesset alterū. plenum absolutūqȝ bonum afferre non posse: Tum autem verum bonū fieri. cum in vnam veluti formā atqȝ efficientiam colliguntur vt que sufficientia est. eadem sit potētia. reuerentia claritas. atqȝ iocunditas. Nisi vero vnū atqȝ idem oia sint nihil habere quo inter expetenda numerent. Boe. Demonstratū inquam nec dubitari vllo modo potest. Phi. Que igit cum discrepant. minime bona sunt. cuȝ vero vnū esse ceperint: bona fiunt. Nonne hec vt bona sint. vnitatis fieri adeptione cōtingit. B. Ita inquā videt. P. Sȝ oē qđ bonū ē. boni ꝑticipatōe bonū eē ꝯcedis. an mīme. b. Ita ē. p. Oȝ igit idē eē vnū atqȝ bonū. sili rōe ꝯcedas Eadē nāqȝ suba

¶ Hic phia aggreditur intentū ostendendo quid sit bonum. ⁊ intendit probare istam cōclusionem. bonum est illud quod omnia appetunt quam probat tali rōne. Vnū et bonū sunt idem sed omnia appetunt esse vnum. ergo omia appetunt bonū Circa istā rōem sic procedit. Primo pbat maiorē. scdo minorē. tercio resumpta maiore infert ꝯclusionē scda ibi. Est ne igit. probat ergo maiorē ꝙ vnū et bonū sunt idē per modum questionis. ⁊ p̄mo q̄rit dicēs. Nōne supra mōstrauimus in. ix. psa ea que appetūtur a pluribus. s. sufficiētia. reuerentia. potentia. idcirco non esse vera bona et pfecta. quoniam discreparent a se inuicem supple eo modo quo appetuntur a pluribus. et cum alteruȝ abesset alteri nō posse afferre plenum. et absolutum bonuȝ quod nullo indigeat.
Tunc autem monstra

est eoꝝ quoꝝ naturaliter nō est diuer/
sus effectus. B: Negare inquā neq̄o.

uimus vnū verū bonū fieri cū colligunt̄ in vnā formā beatitudinis atq̄ efficientiā .i. in vnā cām efficientē .s. deū vt quesit sufficientia. eadem sit potentia ⁊ reuerentia. claritas ⁊ iocunditas. nisi vero oia sint vnū ⁊ idez monstratum est ea nihil habere quo numerent̄ .i. ꝯputentur inter expe/tenda .i. desideranda Et dt Boetius. demonstratū est inq̄ꝫ nec vllo mō dubitari potest Ulterius querit pħia Illa que cū discrepāt minime sīt bona ⁊ cū ceperint esse vnū fiūt bona Nōne hec ꝯtingit fieri bona adeptione vnitatis Dicit Boetius Ita videt̄ inq̄ꝫ Et subdit pħia. sed oīe qd̄ est bonū participatione boni ꝯcedis eē bonū an minime Et dt Boetius Ita est Tūc pħia ex ꝯcessis ꝯcludit maiorē dicēs Igit̄ sibi modo opꝫ vt ꝯcedas vnū ⁊ bonū esse idem. ⁊ ꝯfirmat illā ꝯclusionē ꝑ locū ab effectu dicens Namq̄ꝫ eadem est substantia eoꝝ quorum nō est natura/liter diuersus effectus. qꝛ idem inq̄ꝫtum idem natū est facere idem Boetius ꝯcedens dicit Negare inquā nequeo ¶ Nota ex littera sic ꝓbatur q̄ vnū ⁊ bonū sint idem Quecunq̄ꝫ nō sunt bona nisi qꝛ sunt vnū illa nō sunt bona nisi adeptione vnitatis. sed oia sunt bona adeptiōe vnitatis. g̊ vnū ⁊ bonū idem sunt Uel aliter arguitur sic. Omnia sunt bona adeptione bonitatis. oia sunt bona adeptione vnitatis g̊ bonū ⁊ vnū idem sunt. Aliam rōnem innuit in lrā dicens Illa sunt vnum quorum non est diuersus effectus. qꝛ idem inq̄ꝫtum idem nō facit nisi idem. ex .ij. de generatiōe. sed vnius ⁊ boni nō est diuersus effectus. qꝛ effectus vtriusq̄ꝫ est bonū. g̊ sunt idem. Et hec ꝯclusio patꝫ ex .iiij. metaphisice. vbi Arestoteles vult q̄ bonum ⁊ vnum ꝯuertantur.

P. Nosti ne igit̄ inquit. omne qd̄ est tādiu manere atq̄ꝫ subsistere q̄ꝫdiu sit vnum. sed interire atq̄ꝫ dissolui pari/ter. atq̄ꝫ vnū esse desiterit. B. Quo/nā mō. P. Ut in aīalibus inquit cuz in vnū coeūt ac ꝑmanēt aīa corpusq̄ꝫ id aīal vocat̄. Cū ꝟo hec vnitas vtriusq̄ꝫ sepatione dissoluit̄. interire nec iā esse aīal liquet Ipm quoq̄ꝫ corpus cū in vna forma membroꝝ cōiunctione permanet. humana visit̄ species. At si distribute segregateq̄ꝫ partes cor/

¶ Hic pħia ꝓbat minorē .s. q̄ oia appetūt eē vnū ꝑ talē rōem Unūqd̄q̄ꝫ tamdiu manet atq̄ꝫ subsistit q̄ꝫdiu ē vnuz sed oīa naturaliter appetūt manere ⁊ subsistere. ergo oia appetūt esse vnum Illius rōnis primo declarat maiorez. secundo minorē. ibi. Est ne igitur. tercio resumpta maiore ꝯcludit intentum. ibi. Quod autem inquit Primo g̊ declarans maiorē q̄ vnūqd̄q̄ꝫ tamdiu manet q̄ꝫdiu est vnū. dicit Nosti o Boeci oīe quod est tādiu manere atq̄ꝫ subsistere q̄ꝫdiu sit vnū. ⁊ cū

poris distraxerint vnitatē. desinit esse qđ fuerat Eoqȝ mō ꝑcurrenti cetera. ꝓculdubio patebit subsistere vnũqđ/ qȝ dum vnũ est. Cũ vero vnũ esse desinit: interire. B: Consideranti inq̃ȝ mihi plura minime aliud videtur

desinit eē vnum. pariter ꝯtingit dissolui atqȝ interire Querit Boetius Quonã mō. phia declarat in exēplo dicēs In aialib' hoc ptȝ cũ aia ⁊ corpus in vnũ coeũt atqȝ ꝑmanent vnuȝ. illud vnũ vocat̃ aial. cũ vero hec vnitas dissolvit̃ separatione vtriusqȝ aie ⁊ corporis liquet id est manifestum est animal interire ⁊ iam non esse aial. Ponit aliud exemplum Ipsum etiam corpus humanum cũ ꝑmanet in vna forma ꝯiunctiōe membroꝝ tunc visitur. i. videtur humana species. sed si partes corporis distribure ⁊ segregate. id ē separare ab inuicem distraxerint vnitatem corpus desinit esse qđ fuerat Eodē modo ꝑcurrenti cetera proculdubio patebit vnũquodqȝ subsistere. i. permanere dum est vnum. cũ vero desinit esse vnũ interire videt̃. Et dicit Boetius Minime inq̃ȝ videtur mihi aliud ꝯsideranti plura

¶ Nota ꝙ aliquis diceret. non videtur ꝙ esse ⁊ esse vnũ sint eadē q' mali sunt. ⁊ tñ non sunt vnũ ꝓbatio. vnũ ⁊ bonũ sunt idem vt iam ꝓbatum est. sed mali non sunt boni. ergo non sunt vnum Ista ratio soluit̃ ex quarto huius negando maiorem. quia philosophia quarto huius ꝓbat malos non solum non esse potentes sed simpliciter nō esse. vñ mali bene sunt mali. sed ꝙ simpliciter dicant̃ esse non est verum. sicut homo mortuus simpliciter non est homo. ⁊ de hoc videbitur in quarto.

P. Est ne igitur inquit qđ inq̃ntum naturaliter agat. relicta subsistendi appetentia. venire ad interitũ corruptionemqȝ desideret. B. Si animalia inquam considerem que habent aliquã volendi nolendiqȝ naturã. nihil inuenio qđ null' extra cogētib' abijciãt manēdi intētionē ⁊ ad interitũ spōte festinent Oñe nãqȝ aial tueri salutē laborat. mortem vero ꝑniciemqȝ deuitat Sed quid de herbis arboribusqȝ. q̃d

¶ Hic phia ꝓbat seu declarat minorem scȝ ꝙ oĩa appetant esse ⁊ permanere Et pmo oñdit hoc. scđo probat ꝙ talis appetitus est naturalis. secunda ibi. Neqȝ nunc nos Primo oñdit intētum in animalibus. secũdo in vegetabilibus. tercio in rebus inaiatis. secunda ibi. Atqui nō est tercia. ibi Sa etiã Primo dt philosophia Estne aliquid quod inquantum naturaliter agat desideret peruenire ad interitum id est mortem ⁊ ad corruptionem relicta appetentia subsisten/

Prosa vndecima

de inanimatis omnino consentiam rebus prorsus dubito

di. Rñdet Boeti⁹ Si ꝯsiderez animalia q̃ hñt naturam .i. appetitū volendi id est prosequendi. ⁊ nolendi id est fugiendi aliq̃d. nihil inuenio qđ abijciat intentionē manendi supple in rerū natura. ⁊ festinet sponte .i. voluntarie ad interitū nullis causis extra cogentibus. qꝛ oīe animal laborat tueri salutem ⁊ deuitat mortē ⁊ ꝑniciem. sed ego prorsus dubito q̃d de herbis ⁊ arboribus ⁊ quid de rebus inanimatis oīno ꝯsentiā supple an talia appetant esse ⁊ ꝑmanere ¶ Boetius non dubitat quin aīalia appetunt esse ⁊ ꝑmanere. cui⁹ rōem innuit Illud qđ laborat tueri salutem ⁊ vitare mortem hoc appetit esse ⁊ ꝑmanere. sed oē animal est huiusmodi ergo ⁊c. Sed vtrum ita sit in vegetabilibus ⁊ in rebus inaīatis de hoc dubitat ⁊ potest esse rō dubitationis. qꝛ in talib⁹ non sunt opationes ita manifeste subseruientes appetitui naturali ꝑmanendi sicut in animalibus que mouentur ad percipiendum nutrimentrum ⁊ ad alia que pertinent ad conseruationem vite

¶ Hic phia ꝓbat ꝙ vegetabilia sicut herbe arbores appetunt eē et ꝑmanere. ⁊ hoc ꝓbat quatuor modis sicut patebit Primo ex locoꝝ qualitate qꝛ in talibus locis nascunt̄ vbi diuci⁹ pñt ꝯseruari in eē. vñ dr̄

P. Atqui nō est ꝙ de hoc possis ābigere cū herbas atqꝫ arbores ītuearis primum sibi ꝯuenientib⁹ innasci locis vbi quantum earum queat natura. cito exarescere atqꝫ interire nō possunt Nam alie quidē cāpis: alie mōtib⁹ oriunt̄. alias ferūt paludes. alie saxis herent. aliaꝝ fecunde sunt steriles arene Quas si in alia quispiā loca trāsferre conet̄ arescant. Sed dat cuiqꝫ natura quod conuenit. ⁊ ne dum manere possunt ne interant elaborat

Metrum quartum

presupponit ymaginatõem ₇ sensum. q₂ nihil est in intellectu nisi fuerit in sensu. Similiter licet ymaginatio in sua opatione nõ vtatur sensu. tñ presupponit sensum fuisse in actu. quia fantasia quã hic vocat ymaginationem est motus factus a sensu ḟm actũ. ex scđo de anima.

¶ Nec₃ id iniuria. nã cum oĩe iudicium iudicantis actus existat. necẽ est vt suam quisq₃ opam nõ ex aliena. s₃ ex ppria potestate pficiat

¶ Hic cõfirmat dictũ suum per rationem dicens. Illud. s. q₂ res cognoscitur nõ ḟm sui naturam. sed ḟm naturã cognoscẽtis illud nõ cõtingit iniuria. i. irrationabiliter. Nam cum oĩe iudiciũ cognitõis sit act⁹ et operatio iudicãtis. i. potẽtie cognoscitiue necẽ est vt quisq₃ cognoscẽs pficiat suam operam. i. suaz operatõem cognoscẽdi nõ ex aliena potestate sc₃ rei cognite. sed ex ppria potestate. i. ex virtute cognoscentis ¶ Notãdum q₂ ex littera formatur talis ratio. Omis actus ₇ opatio sequit̃ cõditõem illius potẽtie cuius est actus ₇ opatio. sed iudicare siue cognoscere est actus ₇ opatio potẽtie cognoscẽtis ₇ nõ rei cognite. g̃ iudicare ₇ cognoscere seq̃tur modũ ₇ ɔditionẽ potẽtie cognoscẽtis

¶ Metrũ quartũ quinti libri.

Quondã porticus attulit
Obscuros nimium senes
Qui sensus ₇ ymagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi
Ut quondam celeri stilo
Mos est equore pagine
Que nullas habeat notas
Pressas figere litteras.

¶ Istud est metrũ q̃rtum huius q̃nti. qđ dicitur glyconicũ ab inuẽtore. choriambicu₃ a pede pdominãte. In quo metro improbat opinione₃ stoycorum ex qua videt̃ sequi ɔtrariũ dictis suis Fuit em̃ opinio stoycorũ. q₂ cognitio intellectiua solũ perficeret̃ ex hoc q₂ corpa exteriora suas similitudines impmãt in mẽtem ita vt mẽs solu₃ se habeat in rõe patiẽtis et res extra in rõe agentis. Ex quo seq̃tur cum patiens trahatur ad naturam agentis ₇ nõ ecõuerso. q₂ cognitio seq̃ret̃ naturam rei ɔgnite ₇ nõ naturã ɔgnoscẽtis qđ est ɔtra dicta. Primo ergo ponit opinionẽ stoycorũ. scđo improbat eã ibi. Sed mẽs. Primo dicit. Quõdam porticus attulit senes supple stoycos q̃ dicebãt senes ppt maturitatẽ mo₄. senes inq₃

nimiū obscuros supple in sentētijs qui stoyci credant sensus ⁊ ymagines id est rex̄ sensibilium formas imprimi mētibus ⁊ corporibus extimis. id est exteriorib9. ⁊ posuerūt corpora illa eo mō imprimere ymagines menti- bus vt quondam mos fuit alicui scribenti celeri stilo figere pressas litte- ras equore. i. in planicie pagine. que pagina nullas prius notas habebat ¶ Notandū ꝙ stoyci dicūtur a stoa grece qđ est porticus latine. q2 athe- nis in manifestissima porticu ⁊ alijs locis publicꝭ stoyci disputare solebāt illi posuerūt animam tm̄ habere se in ratione pariētis respectu rex̄ exterio- rum. ⁊ quia cognitio magis videtur sequi virtutem actiuam ꝗ̄ passiuam ideo ꝗm eos cognitio potius debet attendi ꝗm facultatē rei cognite q̄ est actiua ꝗ̄ anime cognoscētis q̄ est passiua

¶ Sed mens si ꝓprijs vigens
Nihil motibus explicat.
Sed tm̄ patiens iacet
Notis subdita corporum
Cassasqꝫ in speculi vicem.
Rerum reddit ymagines
Unde hec si animis viget
Cernens omnia notio
Que vis singula perspicit
Aut que cognita diuidit
Que diuisa recolligit
Alternūqꝫ legens iter
Nunc summis caput inseris
Nunc decidit in infima.
Tum sese referens sibi
Ueris falsa redarguit

¶ Hic improbat hāc opinionem. secundo po- nit suam veritatem ibi. Nec est efficiens. Pri- mo ergo deducit ad plu ra incōueniētia istā opi- nionem dicens. Sed si mens vigēs nihil expli- cat ꝓprijs motib9. i. si nul lam actōem ꝓp̄am hꝫ sed tm̄ iacet patiēs sub dita notis. i. similitudi- nib9 corpox̄. ⁊ si ipsa red dit. i. repñtat cassas hy- magines rex̄. i. similitu- dines in vicem speculi. i. ad modū speculi. Tunc queritur vnde viget hec notio. i. hec cognitio ani mis. ꝙ aīa est cernēs oīa nō tm̄ corporalia. sed eti am incorporalia ¶ No tandū ꝙ primum incō- ueniēs est. si cognitio in- tellectiua fieret per solaꝫ impressionē corporuꝫ in anima. tunc nō esset vir- tus ꝑ quam aīa cognos- ceret incorporalia. quia per solam impressionem corporum tm̄ cognosceret corporalia. Nunc aūt manifestum est ꝙ etiā incorporalia cognoscit Aliud inconueniens ponit dicens. Si anima tm̄ est passiua que vis anime singula perspicit. id est iu dicat. aut que vis anime cognita diuidit. aut diuisa recolligit. aut que vis anime legens. id est apprehendens alterum iter componendi ⁊ diui-

Metrum quartum

dendi. nūc inserit caput summis. id est generalissimis ascendendo a speci alissimis ad generalissima colligendo multitudinem. ⁊ nūc decidit vł decedit ſm aliam litteram. id est cadit ab infima. In infima. id est in specialissima procedendo a generalissimis ad specialissima diuidendo. Tū id est tandem anima referens id est comparans se sibi redarguit falsa veris id est ꝑ veram ¶ Notandum ꝙ ex littera talis formatur ratio. Illa anima nō est tm̄ passiua sed actiua que iudicat cōponit ⁊ diuidit ⁊ veris falsa redarguit. sed anima intellectiua est hmōi. ergo ⁊c̄. Maior nota est q2 iudicare cōponere ⁊ diuidere redarguere videntur esse opationes actiue. Minor apparet. anima iudicat inter verum ⁊ falsum. componit p̄dicatum cum subiecto. aliquando diuidit predicatū a subiecto ⁊ falsas opiniones redarguit.

¶ Hec est efficiēs magis
Longe causa potentior
Quam que materie modo.
Impressas patitur notas.
Precedit tamen excitans
Ac vires animi mouens
Vno in corpore passio
Cum vel lux oculos ferit.
Vel vox auribus instrepit
Tum mentis vigor excitus
Quas intus species tenet
Ad motus similes vocans
Notis applicat exteris
Introrsumqꝫ reconditis
Formis miscet ymagines

¶ Hic phīa ponit veritatē dicens. Hec mēs est magis causa efficiēs que est causa longe potē tior q̄ illa que mō materie. id ē similitudine materie patitur notas impressas. Et quia aliqs crederet ꝙ in anima nulla esset passio. ideo subdit quedam passio precedit operatiōes anime in vno corpore excitans et mouens vires animi ad operandum vt quando lux ferit oculos tūc patitur visus. vel cum vox instrepit. i. insonat aurib9. tūc patitur audit9. ⁊ tādem vigor mētis excit9 id est excitatus vocans species quas int9 tenēs ad similes motus applicat eas notis exteris. id est similitudinibꝫ exterioribus ⁊ miscet. i. applicat ymagīes exteriores corporum formis. i. speciebꝫ introrsum. i. in aīa reconditis ¶ Notanduz ꝙ Boetius hic vtitur sententia platonica que ponit species rerum a principio naturaliter inditas anime. sed anima sopita est in corpore. ita ꝙ nō intelligit ꝑ eas nisi excitetur ꝑ immutationem sensuum exteriorum. excitata autem euocat speciem similē illi quā sensus exterior impressit. ⁊ applicādo eam rei exterio-

ri sic intelligi p eam. Ad hanc intētionem etiā loquitur Linconiēsis primo posterioꝝ dicens. Rō in nobis sopita nō agit nisi ꝑus p opatōes sensuum quibus admiscetur fuerit experrecta ¶ Notandum ꝙ ex littera videtur ꝙ intellectus possibilis intelligendo etiā sit actiuus cū sit causa efficiens vt ꝺꝛ in lrā. Aresto. aūt. iij. de aīa vult ꝙ intelligere sit pati. ⁊ ꝙ intellectus nullam habet naturam. nisi ꝙ est possibilis vocatus Ad hoc dicunt aliqui ꝙ qꝛ anima ꝯprehendit tam intellectū possibilem ꝗ agentem. aīa est actiua. immo causa effectiua intellectionis rōe intellectus possibilis. Uel dōm ꝙ intellectus possibilis est potentia passiua. saltem quoad primū eius actum. cū intelligere sit pati. sed oīs potētia passiua de necīitate requirit potētiam actiuam que reducat ipsam ad actū. Tale aūt actiuū nō potest esse res corporalis extra cū agens sit ꝑstantius passo. iō tale actiuum ex pte aīe erit intellectus agēs cuius opatio est facere potētia. intellecta actu intellecta. ita ꝙ a rebꝫ extra ꝟtute intellect⁹ agētis imꝑmitur aliquid intellectui possibili p quod in actū intelligendi reducitur. Nō est ergo intentio Boetij negare cū mens sit passiua rōe intellectus possibilis sed vult ꝙ mens siue anima magis habeat efficiētiam in intellectiōe ꝗ sit passiua ab ipsis corpibus extra. ⁊ p cōsequens efficiētia intellectus nō debēt attribui rebus extra. quod erat de intentōe stoicorum.

¶ Prosa quinta libri quinti.

Disputat sensum ⁊ ymaginatōem cedere rationi. rōem intellectui

Uod si in corporibus sentiendis ꝗuis efficiant instrumēta sensuum forinsecus obiecte qualitates animiqꝫ agentis vigorem passio corporis antecedat. que in se actū mētis prouocet. excitetqꝫ interim quiescentes intrinsecus formas. si in sentiendis inquā corporibus. animus nō passione insignitur. sꝫ ex sua vi subiectam corpori indicat passionem. ꝗto magis ea que cunctis corporum affe

¶ Hec est q̇nta prosa huius q̇nti libri. in q̄ probat specialiter diuinā cognitionem esse ꝓm modum cognoscētis ⁊ non rei cognite. scđo oñdit insufficientiaꝫ eorum q̇ ex nostro mō cognoscēdi iprobant ꝓuidentiā diuinam ibi. Quid igit̄ Primo facit quod dictū est secūdo infert duas ꝯclusiōes ibi. Hac itaqꝫ Primo dicit. Si in sentiendis. i. in cognoscēdis corporibus animus noster nō tm̄ insignitur. i. afficitur passione corporis. sed ex sua vi iudicat passioneꝫ subiectam corpori. ita ꝙ in ꝯgnoscendo sequitur ꝓprium motum ꝗuis q̄litates obiecte forinsec⁹ afficiant. i. immutent instrumenta. i. organa sensuum ⁊ passio corpis an

ctionibus absoluta sunt in discernendo nō obiecta extrinsecus sequūtur. sed actum sue mētis expediunt

tecedat vigorem agentis animi que passio prouocet actum mentis in se et excitet formas intrinsecus quiescētes. Si hoc est in animo nostro multo magis ea que absoluta cūctis affectionibus .i. qualitatibus corporum .s. intelligentie separate et precipue deus. illa in discernēdo nō consequūtur obiecta extrinsecus. sed expediūt. id est perficiūt actum sue mentis .i. operatōem intellectiuam secundum naturam propriam ¶ Nota quod ex littera potest sic argui Si id de quo minus videtur inest et de quo magis. sed minus videtur quod animus noster in cognoscēdo sequatur motū suum et nō rei cognite. et tamen sequitur facultatem sue cognitionis. ergo multomagis intelligentia diuina sequitur in cognoscendo propriū motū sue cognitionis quam ipsius rei cognite

¶ Hac itaque ratione multiplices cognitiones. diuersis ac differentibus cessere substantijs. Sensus enim solus. cunctis alijs cognitionibus destitutus immobilibus animantibus cessit. quales sunt conche maris. queque alia saxis herētia nutriuntur. Imaginatio vero mobilibus beluis quibus iam inesse fugiendi appetendive aliquis videtur affectus. Ratio vero humani tantum generis est. sicut intelligētia sola diuini. Quo fit vt ea noticia ceteris prestet que suapte natura non modo proprium. sed ceterarum quoque noticiarum subiecta cognoscit

¶ Hic infert duas cōclusiōes ex premissis dicens. Ex quo cognitio sequitur naturam cognoscentis et nō rei cognite. et cum cognoscentia sint diuersa secundum naturam. oportet diuersis cognoscentibus conuenire diuersas cognitiones. Unde dicit. Hac itaque ratione quia cognitio sequitur naturam cognoscentem multiplices cognitiōes cesserunt diuersis ac differentibus substantijs. sensus enim solus destitutus alijs cognitionibus cessit animantibus immobilibus. qualia sunt conche maris et quecunque nutriuntur herentia saxis. Imaginatio vero cessit mobilibus beluis que mouentur motu progressiuo quibus videtur inesse affectus. id est appetitus fugiendi malum vel appetendi bonum. Ratio vero quā cōprehē

dimus vniuersale tm̄ est humani generis sicut intelligētia est diuini gene
ris. Tūc ponit secūdam conclusionem ꝙ illa cognitio est notior ⁊ nobili/
or que nō solum apprehendit propriū obiectū. sed etiā obiecta aliarū noti
ciarū. i. cognitionū. vñ dicit. Quo fit vt ea notio. i. cognitio prestet. i. nobi
lior sit ceteris que suapte natura. i. ꝓpriā natura nō modo. i. tm̄modo ꝓpri
um obiectū cognoscit. sed etiā cognoscit subiecta ceterarum noticiarum.
¶ Nota circa pmam cōclusionem ꝙ cum actus ⁊ opationes diuersificē
tur ſm diuersitatem agētium ⁊ opantium seqtur si agentia ⁊ soperantia
sint diuersa ꝙ habent diuersas opationes ⁊ cognitiones ꝓpter qd sensus
sine alijs cognitionibꝫ cessit aīalibus immobilibꝫ. ⁊ accipit hic sensus stri
cte, p apprehēsione sensitiua que solū immutat ad pn̄tiam sensibil. Sic em̄
distinguitur cōtra ymaginatōem q̄ nō tm̄ apprehendit rem pn̄tem sꝫ eti
am absentem ¶ Notandū circa secundā ꝯclusionem ꝙ quecūqꝫ po/
tētia plura cognoscit videt esse prestantior ea que cognoscit pauciora. si ꝗ
aliqua potētia cognoscit ꝓprium obiectum ⁊ cū hoc obiecta aliaꝝ poten
tiaꝝ inferioꝝ. sicut est intelligētia diuina. ⁊ nō ecōuerso. seqtur ꝙ potētia
supior plura cognoscēs sit nobilior inferiori

¶ Hic phia ostendit
insufficientiam eoꝝ que
ex hoc modo cognoscen
di nostro improbāt diui
nam ꝓuidētiam. Scdo
hortatur nos ad ꝯside/
rādum modum diuine
cognitiōis. ibi. quare in
illius Primo manifestat
insufficientiā eoꝝ per si/
mile. Scdo applicat illd
sile ad ꝓpositum ibi. Si
mile est. Similitudo au
tem quam intendit ta/
lis est. Sensus ⁊ ymagi
natio sunt cognitiōes in
feriores q̄ʒ rō. Si ergo
sensus ⁊ ymaginatio vel
lent iudicare moduʒ co
gnoscendi rōnis ex mo/
do cognoscēdi ꝓprio. ⁊ di
cere ꝙ vniuersale nihil es
set quod ratio apprehen
dit. vel si veꝝ esset iudici
um rōis. vel esset ꝑticu/
lare ⁊ sensibile. rō vero
diceret ꝯtrariū. Manife
stum ē ꝙ nos q̄ vigemꝰ

¶ Quid igit si ratiocinationi sensus
ymaginatioqꝫ refragētur. nihil esse il/
lud vniuersale dicētes. quod sese intu
eri ratio putet. Quod em̄ sensibile vl
ymaginabile est. id vniuersum esse nō
posse. Aut igitur rationis verū esse iu
dicium nec quicq̄ʒ esse sensibile. aut q̄
niam sibi notum sit plura sensibus et
ymaginationi esse subiecta inaneʒ cō
ceptionem esse ratiōis. que quod sen/
sibile sit ac singulare quasi quoddam
vniuersale cōsideret Ad hec si rō ꝯtra
rn̄deat se q̄dem ⁊ quod sensibile et qd
ymaginabile sit in vniuersalitatis rō
ne ꝯspicere Illa vero ad vniuersitatis
cognitōem aspirare nō posse. qm̄ eoꝝ
notio corporales figuras nō possꝫ ex

cedere De rerũ vero cognitione firmi ori potius ꝑfectioriq̄ȝ iudicio ēē credē dum In hmõi igitur lite nos quib⁹ tam ratiocinandi ꝗ̄ imaginandi etiā sentiendiq̄ȝ vis inest. nonne rõnis po tius causam probaremus

vtraq̄ȝ cognitiõe potius assentiremus rõni iudicando motiuũ sensus et imaginationũ esse īsuffi ciens Dicit ḡ. Quid igit̄ si sensus ⁊ imaginatio refragent̄ .i. ꝯtra dicant rõni dicentes nihil esse vl̄e id qđ rõ putat se intueri sic arguendo. Quod est em̄ sensibile aut imaginabile id non posse esse vniuersale ſm iudiciũ sensus ⁊ imagina tionis. Aut igit̄ iudiciũ rõnis necē est esse verũ ⁊ ꝑ ꝯñs nec quicq̄ȝ ēē sen sibile qđ est absurdum Aut qm̄ notũ est sibi scȝ sensui ⁊ imaginationi que necē est esse sensibilia. crederes ne ꝯceptiõem rõis esse inanē que ꝯsiderat illud qđ est sensibile ⁊ singulare quasi quoddā vl̄e Ad hec si rõ rñdeat se ꝯspicere in rõne vl̄i quod est sensibile ⁊ imaginabile Illa vero scȝ sensuȝ et imaginationem nõ posse aspicere id est ꝑuenire ad cognitionē vniuersalis q̄r cognitio eoꝝ nõ excedit figuras corporales ⁊ diceret ratio poti⁹ esse credendum firmiori ⁊ ꝑfectiori iudicio rerum In hmõi igitur lite scȝ inter sensum ⁊ imaginatiõem ex vna ꝑte ⁊ rõnem ex altera ꝑte nos q̇b⁹ inest tam vis rõcinandi ꝗ̄ imaginandi ⁊ sentiēdi nõ ne potius ꝓbarem⁹ cām rõnis ⁊ reputaremus motiua sensus ⁊ imaginationis esse sufficien tiam quasi dicat immo

¶ Nota ꝙ iudicio nobilioris potentie potius est astandum ꝗ̄ iudi cio potentie ignobilioris cũ igitur ratio sit potentia nobilior ꝗ̄ sensus ⁊ imaginatio .eo ꝙ ratio cõp̄hendit proprium obiectũ ⁊ obiectũ sensus ⁊ imaginationis ⁊ non econuerso. ergo potius astandum est iudicio rõis ꝗ̄ potentiarum inferiorum.

Simile est ꝙ humana rõ diuinam in telligentiam futura nisi vt ipsa cogno scit non putat intueri Nã ita differis Si qua certos ac necessarios habere non videantur euentus. ea certo euē tura presciri nequeant Harum igitur rerum nulla est prescientia. quã si etiã in his esse credamus. nihil erit quod non ex necessitate proueniat Si igit̄

¶ Hic applicat illud simile ad ꝓpositũ ⁊ dt Il lud qđ est dictũ de sensu ⁊ imaginatione respe ctu rõnis simile est ei ꝙ humana rõ nihil putat diuinã intelligētiam in tueri nisi vt ipsa rõ cognoscit qđ apparet ex ipo mõ arguendi Nam ita differis id est arguis. si qua videantur non habere certos ⁊ necār̄os euentus talia nequeant presciri certe euentura.

vti rationis participes sumus ita di/uine iudicium mentis habere posse/mus sicut imaginationē sensumqꝫ rōni credere oportere iudicauim⁹ sic diuine sese menti humanaꝫ summittere rationē iustissimum censeremus.

Igiꝶ taliū reꝝ nulla est prescia quā scꝫ presciam si credimus esse in his. nihil erit quod non ꝓueniat ex neccitate. Si igiꝶ sicut sumus participes rōnis ita possemus ha/bere iudiciū diuine mentis. sicut nūc iudicam⁹ imaginationē et sensum oportere cedere rōni sic censeremus. i. iudicaremus iustissimuꝫ humane rationi se summittere diuine menti.

¶ Nota ꝙ simile est de iudicio sensus ⁊ imaginationis respectu rationis. ⁊ rōnis respectu intelligentie diuine Nā sensui ⁊ imaginationi videtur ꝙ rō aliter nō possit ꝯprehendere rem nisi sicut ipsa ꝯprehēdit qd tñ falsum est Sic similiter videꝶ rōni humane ꝙ intelligentia diuina nō possit res incertas cognoscere aliter ꝙꝫ ipsa cognoscit qd falsum ē. Nā que rō humana incerte cognoscit. intelligentia diuina certa ꝯprehendit.

Quare in illius summe intelligētie cacumē si possumus erigamur Illic em̄ rō videbit qd in se non potest inueri Id aūt est quonā mō etiā que certos exitus non hn̄t. certa tñ videat ac definita prenotio. neqꝫ id sit opinio. sed summe potius sciētie nullis terminis inclusa simplicitas

¶ Hic phia hortaꝶ vt erigamus nos ad cognitionē diuine intelligētie dicens. Quare si possu/mus erigamur ꝑ diligētem ꝯsideratōeꝫ in cacumen illius summe intel/ligētie. s. diuine Illic em̄ rō videbit qd in se non pt intueri. s. q̄uo certa ⁊ definita p̄notio dei cognoscat illa que non hn̄t certos exitus ⁊ illud nō erit opinio. sed poti⁹ erit simplicitas summe scie nullis terminis inclusa. q⁊ simplicitas summe sapientie est infinita

¶ Notandum ꝙ si cognitio sequereꝶ facultatē rei cognite ⁊ nō ꝑtutꝫ cognoscentis tunc sicut ratio humana cognoscit futura ꝯtingentia incerte. sic similiter intelligentia diuina ea incerte cognosceret. sed q⁊ facultas cognitionū est ꝺm facultatem virtutum cognoscentiū ⁊ intelligentia di/uina in cognoscendo excedit rōnem humanam. poterit ipsa certe ꝯgnos/cere que ratio humana incerte cognoscit

¶ Metrū quintum libri quinti

Qvam varijs terras animalia ꝑmeant figuris

¶ Hic incipit quintuꝫ metrū huius q̄nti qd dr archilogicū ab inuētore dactilicū a pede p̄dominante. In quo ostendit

Metrũ quintũ

Namq; alia extento sunt corpore pul
uerem q; verrunt
Continuum trahunt vi pectoris inci
ta sulcum
Sunt quibus alarum leuitas vaga
verberet q; ventos
Et liquido lõgi spacia etheris enatet
volatu
Hec pressisse solo vestigia gressibus
gaudent
Uel virides campos trãsmittere vel
subire siluas.
Que varijs videas, licet omĩa discre/
pare formis
Prona tñ facies, hebetes valet in gra
uata sensus

hoĩem esse dispositũ ad ꝯtemplatõnem celestiũ ex figura corporis sui. ⁊ primo describit figuraz corpalem aliaꝝ bestiaꝝ. Scdõ figuram hoĩs. ibi Unica gens Primo dc aĩalia permeant terras q̃ varijs figuris namq; animalia extẽto corpore sicut sz serpẽtes ⁊ reptilia illa verrũt .i. vertunt puluerẽ. ⁊ incitata .i. mota vi pectoris trahũt cõtinuuz sulcum supple in puluere. Sunt alia animalia quib9 in est vaga leuitas alarũ que verberant ventos ⁊ enatãt .i. transeunt liq̃do volatu spacia longi etheris .i. aeris. Sunt alia q̃ gaudent vestigia p̄ssisse solo .i. terre gressibus suis ⁊ trãsmittere .i. ptrãsire virides cãpos ⁊ gaudent subire siluas q̃ oĩa aĩalia licet videas ea discrepare varijs formis. tñ facies eoꝝ pna .i. ad terrã inclinata valet ingrauare .i. in grauatos ostendere sensus hebetes .i. brutales ¶ Notãdũ q̄ phia tãgit tria genera aĩaliũ scz reptilia. volatilia. ⁊ gressibilia. q̃ licet differãt in formis q2 quedã for/mant ad reptandũ vt serpentes. q̃dam ad volandũ vt aues. q̃dã ad gradiendũ vt bestie. tñ in hoc oĩa ꝯueniunt q̄ hñt faciem inclinatã ad terrã

Unica gens hominum celsum leuat
altius cacumen
Atq; leuis recto stat corpe despicit q;
terras
Hec nisi terren9 male desipis admo
net figura
Qui rcõ celũ vultu pets exeris q; frõtẽ
In sublime feras aĩm q̃z ne grauata
pessum
Inferior si dat mẽs corpe celsi9 leuato

¶ Hic describit figuram hoĩs dicẽs Unica gens hominum .i. solum genus humanum leuat celsum cacumen .i. caput suũ altius. ⁊ leuis stat recto id est erecto corpore et despicit terras vultu eleuato ad celum. tu hõ terrenus qui rcõ corpe petis celũ ⁊ exeris .i. erigis frontem. hec recta figura admonet te q̄ tu desipis nisi etiã feras .i.

extollas animũ tuũ in sublime.i.in celestia.ne mens grauata.i.grauedine depressa pessum.i.sub pedibus vel subtus.⁊ est pessuz aduerbiũ loci.ne illa mens sidat.i.resideat inferior corpe leuato celsius

¶ Notandũ cũ hõ habeat figurã corporis erectã ad celũ si aĩa non erigeretur ad ꝯtẽplationẽ celestium videretur corpus esse nobilius anima

¶ Nota ſm Aresto.xvi.de aĩalib; hõ inter oĩa aĩalia hʒ figurã rectilinearẽ.de qua figura etiaʒ loquit̃ Ouidius in libro methamorphoseos dicens Pronaqʒ cũ spectent aĩalia cetera terram Os homini sublime dedit celũqʒ videre Jussit.⁊ erectos ad sidera tollere vultus.

¶ Prosa sexta quinti libri

¶ Disputat de eternitate dei. de pñti tpali ac de preterito ⁊ de futuro Et ꝙ ea que fiũt in dei pñtia nccãria sͣ.ad pñs ꝯsiderata pẽdẽt ex libero arbitrio

Voniã igit̃ vti pauloante mõstratũ est.oẽ qd̃ scitur nõ ex sua sed ex ꝯprehendentiũ natura cognoscitur.intueamur nũc quantum fas est quis sit diuine substantie status.vt q̃nam etiã scĩa eius sit possimus agnoscere Deum igit̃ eternũ esse.cunctorũ rõne degentiuz cõmune iudicium est Quid sit igitur eternitas ꝯsideremus Hec enim nobis naturam pariter diuinam scientiamqʒ patefacit

¶ Hic incipit sexta ꝓsa ⁊ vltima huius q̃nti.in qua determinat veritatem de ꝯpossibilitate p̃scie diuine ⁊ liberi arbitrij.⁊ p̃mo ponit suã determinatõez.scd̃o subiũgit vtilẽ exhortatõnem circa finẽ libri.ibi.Aduersamini igit̃.Primo oñt modũ diuine cognitionis.scd̃o soluit obiectiões factas ꝯtra diuinam ꝓuidentiã.tercio ꝯcludit ꝯpossibilitatem liberi arbitrij cũ ꝓuidentia diuina.secunda.ibi.Quid igit̃ postulas.tercia ibi.Que cũ ita sint.p̃mo determinat de statu dei qui est eternitas.Scd̃o ex hoc declarat modum diuine scĩe.ibi.Qm̃ igit̃ oẽ iudicium Primo p̃mittit ꝙ determinandũ sit de eternitate.scd̃o determinat de ea ibi.Eternitas igitur.Primo dĩt Qm̃ monstratũ est pauloante ꝙ oẽ qd̃ scit̃ cognoscitur non ex sui natura.i.nõ ex natura rei scite.sed ex natura cognoscentiũ.intueamur nũc q̃tum fas est quis sit stat⁹ diuine essentie vel substantie vt possimus agnoscere que sit eius sciẽtia Et subdit ꝙ cõe iudiciũ cunctoꝝ degentiũ.i.vtentiũ rõe ad deũ eẽ eternũ.ideo ꝯsiderem⁹ q̃d sit eternitas.hec eñ nobis patefacit naturã ⁊ diuinã scientiã

¶ Nota ꝙ viri degẽtes rõe sunt viri prediti luce sapientie.⁊ oẽs isti ꝯcedũt deũ esse eternũ.Nã phs.viij.phi.ex eternitate motus oñt eternitatem motoris.⁊ omnes tam greci q̃ barbari putantes deos esse.

Prosa sexta

estimãt eos ĩmortales ¶ Nota ꝙ qꝛ eternitas dei ⁊ natura ⁊ scia dei nõ dr̃ñt. ſm ſubam iõ ꝯgnita eternitate ꝯgnoscit̃ natura ⁊ scia dei

¶ Hic ꝓseq̃tur de eternitate. Et p̃mo ponit eius diffinitõez. ſcd̃o declarat eam. ibi. Q̃d ſi ex collatione. Primo d̃r. Eternitas eſt poſſeſſio vite interminabilis exñs tota ſimul ⁊ ꝑfecta ¶ Nota ſm albertuz ſup li. de cauſis. Aliq̃d eſt eternuz ⁊ eſt in eternitate ⁊ eſt ip̃a eternitas ſicut deus. Aliq̃ ſunt eterna ⁊ ſunt in eternitate. ſz non ſunt ipſa eternitas ſicut ſubſtantie ſeparate. Alia ſunt eterna nõ in eternitate nec ſt̃ ipſa eternitas. vt motus tp̃s ⁊ mũdus.

Eternitas igit̃ eſt interminabilis vite tota ſimul ⁊ perfecta poſſeſſio

¶ Nota cũ d̃r eternitas eſt poſſeſſio. ibi vtit̃ nomĩe poſſeſſionis ad deſignandũ immobilitatem ⁊ indeficientiam eternitatis qꝛ ipſa firmiter poſſidet̃ ⁊ quiete habet̃. ⁊ d̃r vite. ad innuendum ꝙ non viuentia nõ menſurant̃ eternitate. ⁊ d̃r interminabilis ad drãm illius vite que habz terminũ a ꝑte añ ⁊ a ꝑte poſt. ſicut vita hoĩs. vel a ꝑte añ tm̃ ſicut vita angelorũ. ⁊ d̃r tota ſimul. ad drãm vite angelice. q̃uis eñ eſſe angeli ſm ſubam ſit totum ſimul. non tñ ſm oꝑationem cũ habeat oꝑationes ſucceſſiuas ⁊ intellectiones. ⁊ d̃r ꝑfecta ad deſignandũ ꝙ eternitati nihil deeſt. perfcm̃ eñ eſt cui nihil deeſt p̃mo celi ⁊ mundi

Q̃d ex collatõe tꝑaliũ clarius liquet. Nã q̃cq̃d viuit in tꝑe id p̃ñs a p̃teritis in futura procedit. Nihilq3 eſt in tꝑe ꝯſtitutũ. qd̃ totũ vite ſue ſpaciũ ꝑiter poſſit amplecti. ſz craſtinũ q̃dez nõdũ app̃hendit heſternũ v̓o iã ꝑdidit. In hodierna q̃q3 vita. nõ amplius viuitis q̃3 in illo mobili tranſitorioq3 momẽto. Q̃d igit̃ tꝑis patitur cõditionẽ licet illud (ſicuti de mũdo cẽſuit Ariſtoteles) nec ceperit vnq̃3 eſſe. nec deſinat. vitaq3 eius cũ tꝑis infinitate tendatur: nõdum tamen tale eſt vt eternum eſſe iure credatur. Non enim to

¶ Hic declarat diffinitionem. ſcd̃o redarguit quoſdam qui vocabulo eternitatis abutebant̃. ibi. Unde non recte Primo ergo declarat diffinitionem eternitatis in comparatione ad temp9 dicens. Unde dictum eſt ꝙ eternitas eſt poſſeſſio tota ſimul interminabilis vite quod liquet clari9 ex collatione id eſt ex comparatione temporalium. Nam quicquid viuit in tempore illud preſens exiſtens procedit ꝑ ſucceſſiuam mutabilitatem a preteritis in futura. ⁊ nihil eſt in tempore ꝯſtitutũ quod parit̃ poſſit amplecti. i. ꝯprehẽdi totũ ſpaciũ vite ſue. ſed

em̄ totum simul infinite licet vite spa
ciū comprehēdit atqȝ complectit᷑. sed
futura nondū transacta iam nō habȝ
Quod igit᷑ interminabilis vite pleni
tudinē totā pariter cōprehēdit ac pos
sidet. cui neqȝ futuri q̄dqȝ absit. nec
p̄teriti fluxerit id eternū esse iure ꝓhi/
bet᷑. Idqȝ necc̄e est ꝛ sui compos pre/
sens sibi semꝑ assistere ꝛ infinitatem
mobilis temporis habere p̄n̄tem

crastinū nondū apphen
dit. hesternum vero tp̄s
iam ꝑdidit. ꝛ in hodier
na vita nō ampli⁹ viui
tis .i. nihil plus est p̄n̄s
de hodierna vita nisi ꝙ
in isto mobili ꝛ transito
rio momēto ꝯtinet᷑ de vi
ta. Et dr̄ momentū il/
lud indiuisibile instans
quo futuꝝ copulat᷑ cū p̄
terito. Quicq̄d igit᷑ pa/
titur tp̄is ꝯditionem .i.
successionē licȝ nunq̄ȝ in
ceperit eē nec desinat eē
sicut Aresto. censuit de
mū do. ꝛ licer vita .i. du
ratio eius tendat᷑ .i. extendat᷑ cū infirmitate tp̄is. nondū t̄n tale est vt iu/
re credat᷑ esse eternū. qꝛ non comprehēdit neqȝ ꝯplectit᷑ simul totū spaci
um vite sue .i. durationis licet infinite .i. infinito tp̄e duret. sed futura nō
dum hȝ transacta .i. ꝑtransita ꝛ p̄terita nō hȝ. Quicq̄d ergo ꝯp̄hendit
et possidet pariter totā plenitudinē interminabilis vite cui nihil absit
futuri nec aliq̄d fluxerit p̄teriti illud iure ꝓhibet᷑ esse eternū. qꝛ illud eter
nū sui cōpos eo ꝙ nihil sibi desit necesse est sꝑ sibi assistere p̄n̄s. ꝛ est ne/
cesse p̄n̄tem habere infinitatē .i. infinitā durationē tp̄is mobilis .i. succes
siui ¶ Notandū ꝙ ꝑ cognitionē tp̄is deuenimus in ꝯgnitionē eter
nitatis eo ꝙ opposita iuxta se posita magis elucescunt. ideo ꝑ naturā ꝛ
successionem tp̄is declarat nobis naturā eternitatis. Sicut em̄ rō tp̄is
consistit in successione ꝛ apprehensione prioris ꝛ posterioris in motu cu
ius vna pars p̄teriit ꝛ alia est futura. sic rō eternitatis ꝑ oppositum cōsi
stit in apprehensione vniformitatis illius quod om̄ino est extra motum
comprehēdens simul p̄teritum ꝛ futuꝝ tanq̄ȝ p̄n̄s ¶ Nota ꝙ ipsi⁹
eterni nihil trāsit in p̄teritum. ideo sꝑ sibi p̄n̄s asistit. qꝛ vero nunq̄ȝ defi
ciet sicut nec vnq̄ȝ incepit cum habeat vitā interminabilem necesse est ꝙ
assint q̄libet differentie tp̄is. etiam si ponat᷑ tp̄s infinitum. ꝛ qꝛ eodē mo/
do assistit differentiis tp̄m ꝑ quē modū in se subsistit. motus āt quo in
se subsistit est p̄n̄tarius. ideo etiā assistit differentiis tp̄is ꝑ motū p̄n̄tē
Ideo dr̄ ꝙ necesse est eternū p̄n̄tem habere infinitatem tp̄is mobilis

Unde nō recte q̄dam q̄ cum audiunt
visuȝ platoni mundū hunc nec habu
isse iniciū tp̄is. nec habituꝝ esse defe/
ctum. hoc modo conditori ꝯditū mū

¶ Nichil pҺia improbat
q̄sdam qui abutebant᷑
vocabulo eternitatis. se
cundo docȝ ꝓprium mo
dum loquēdi. ibi. Ita si
digna. Primo facit q̄d
dictum est. scd̄o manife

Prosa sexta

dum fieri coeternū putant. Aliud est em̄ ꝑ interminabilem duci vitam qd mundo Plato tribuit aliud intermi/nabilis vite totam pariter complexā esse presentiam quod diuine mentis proprium esse manifestū est. Neq; deus cōditis rebus antiquior videri debet temporis quātitate sed simplicis potius ꝓprietate nature

stat quomō temporalia deficiunt a simplicitate diuine nature quā nitū/tur imitari. ibi. Hūc em̄ Primo dr̄ Dictū est ꝙ eternitas non solum in/terminabilitatem dr̄. sȝ etiaȝ simplicitatem. vñ non recte q̄dam putant q̇ cum audiūt visum eē Platōi mundū non ha/buisse initium tp̄is. nec habituꝝ defectū. i. fineȝ. hoc mō putant mundū conditū fieri coeternum ꝯditori. Cā aūt quare nō recte putant est q2 aliud est duci ꝑ intermina bilē vitam cū quadam successione qd Plato attribuit mūdo. ⁊ aliud ē simul esse ꝯplexam totam pn̄tiam vite interminabilis qd est ꝓpriuȝ di/uine mētis. Et q2 aliq̄s dicerȝ. Si mūdus nunq̄ȝ incepit videt̄ esse coe ternus deo. Ad hoc rn̄det ꝙ deus est ꝑor mūdo. nō antiq̄tate tp̄is sed simplicitate nature. Vñ dr̄. Neq; em̄ deus dȝ videri antiq̄or rebꝫ con/ditis quantitate temporis sed ꝓprietate simplicis nature

¶ Notandū sicut pȝ ex libro Timei plato voluit munduȝ incepisse sed finem non habere. Et hoc idem Arestotiles sibi impon t in libro ce/li ⁊ mundi dicens ꝙ solus Plato generat muudū q̇d est ergo ꝙ dr̄ Bo etius ꝙ Plato nō posuit mundū incepisse. Ad hoc dr̄ ꝙ duȝ Plato di/xit mundū habuisse initium intelligit̄ ꝙ habuit initium institutionis nō aūt temporis. sicut ponit exemplum de vestigio pedis. vt si pes ab eter/no stetisset in puluere pes esset causa vestigij naturaliter precedens vesti gium licet non tempore

Hunc enim vite immobilis presentarium statum. infinitus ille temporaliū rerum motus imitatur. Cumq; eum effingere atq; equare non possit. ex immobilitate deficit immotum. ⁊ ex simplicitate presentie decrescit in infini/tam futuri ac preteriti quantitatem. Et cum totam pariter vite sue ple/

¶ Hic manifestat quomō tp̄alia deficiūt a simplicitate diuine nature quaȝ nitunt̄ imita/ri dicens. Ille infinitus mod⁹ reꝝ tp̄aliū imitat̄ ꝯtum pōt hunc pn̄tarium statum vite immo/bilis. i. eternitatis. ⁊ cuȝ eū nō p̄t effingere. i. exp/merē ⁊ equare deficit ab eius imobilitate succes/siue acq̄rendo qd simul habere non potuit. ⁊ ex simplicitate pn̄tie decre

nitudinem nequeat possidere. hoc ip
soqꝫ aliquo modo nunq̄ꝫ esse desinit.
illō quod implere atqꝫ exprimere non
potest aliquatenus videtur emulari.
alligans se ad qualemcūqꝫ presentiaꝫ
huius exigui volucrisqꝫ momēti Que
quoniam manentis illius p̄sentie q̄n
dam gestat imaginem quibuscūqꝫ cō
tigerit. id prestat vt esse videantur.
Qm̄ vero manere non potuit. infini/
tum temporis iter arripuit Eoqꝫ mo
do factum est vt cōtinuaret eundo vi
taꝫ. cuius plenitudineꝫ complecti nō
valuit permanēdo

scit in infinitā q̄ntitateꝫ
p̄teriti ꝛ futuri. ꝛ cū ne/
queat possidere pariter
totā plenitudinem vite
sue hoc ipso ꝙ aliq̄ mo/
do nunq̄ꝫ esse desinit vi/
deꝫ aliquatenus emula
ri illud qꝺ implere non
p̄t. alligās se scilꝫ status
tp̄alis ad q̄lemcūqꝫ p̄n̄
tiam hui⁹ momēti. i. in/
stātis exigui. i. indiuisi/
bil' ꝛ volucris. i. transi/
torij que scꝫ p̄n̄tia instan
tis tp̄is hꝫ quandā ima
ginem manentis p̄n̄tie.
id est et'nitatis. ꝛ prestat
q̄buscunqꝫ ꝯtingit vt il
la esse videanꝫ. nam illa
dicimus esse que st̄ in p̄
senti momento. q꞉ vero
nō potuit manere. s. p̄n̄/
tia instantis ꝓpter natu
rā rei mobilis. ideo arri
puit infinitum iter temporis ꝑ successionem. ꝛ eodem modo fcm̄ ē vt cō
tinuaret vitam eundo de vno esse in aliud cuius plenitudinem non pos
tuit complecti ꝑmanendo ¶ Notandū ꝙ infinitus motus tp̄aliuꝫ
rerum q̄ꝫtum p̄t imitaꝫ statum eternitatis. q꞉ non pōt eum totalr̄ expri
mere. q꞉ status temp̄alis est successiuus. status et'nitatis non. ꝛ status
tp̄alis respicit preteritū ꝛ futuꝝ. status et'nitatis tm̄ p̄n̄s. tn̄ in hoc imis
taꝫ statum et'nitatis ꝙ sic eternitas nunq̄ꝫ deficit. sicut infinitus motus
reꝝ tp̄aliuꝫ nunq̄ꝫ esse desinit. ꝛ sicut in tp̄e est dare instans quod habꝫ
quandā imaginē cum et'nitate. ita ꝙ sicut in et'nitate aliquid dr̄ esse. sic
illa dicimus esse que st̄ in p̄n̄ti instanti. ideo status reꝝ tp̄alium licꝫ non
possit imitari statum et'nitatis p̄n̄tialr̄ ꝑmanendo tn̄ ip̄m imitaꝫ suam
durationem successiue continuando

Itaqꝫ si digna reb⁹ nomina velimus
imponere Platonem sequētes. deum
quidem eternum. mūdum vero dica
mus esse perpetuū.

¶ In ista parte ph̄ia
docet q̄uo ꝓprie loquen/
dum sit de deo ꝛ de mū
do dicens. Si nos seq̄n
tes platonem velimus
imponere nomīa digna
id est conuenientia reb⁹
dicam⁹ deū esse eternuꝫ
munduꝫ vero dicamus perpetuū ꝛ hoc. ꝯsonat dicto autoris Grecisunt

Prosa sexta

Eternum vere sine principio sine fine. Perpetuum cui principium sed fine carebit

¶ Hic phia ex dictis ostendit modū scientie diuine. Primo ergo ostendit qualis sit scientia diuina. ⁊ q̄liter sit nominanda dicens. Quōniam omne iudiciū comprehendit ea que sūt subiecta. id est sua obiecta ſm sui naturam id ē ſm naturam virtutis cognoscentis. Natura autē dei talis est ꝙ sempꝫ ipsi deo est status eternus ⁊ presentarius Ex quo sequtur ꝙ scientia dei supgressa omnem motionē temporis manet in simplicitate presentie. ⁊ cōplectens infinita spacia preteriti ⁊ futuri temporis omnia considerat q̄si iam. id est presentialiter gerantur in sua simplici cognitione.

Quoniam igitur om̄e iudicium ſm sui naturam q̄ sibi subiecta sunt comprehēdit. Est aūt deo semper eternus ac p̄ntarius status. Scīa quoqꝫ eius oēm temporis supergressa motionez in sue manet simplicitate presentie: infinitaqꝫ preteriti ac futuri spacia complectens. omnia q̄si iam geranť in sua simplici cognitione considerat. Itaqꝫ si p̄sciam pensare velis q̄ cuncta dinoscit. non esse p̄sciam q̄si futuri. sed sciētiam nunq̄ꝫ deficientis instantie rectius estimabis. Vn̄ nō p̄uidentia sed p̄uidentia potius dr̄ ꝙ porro ab rebꝯ infimis ꝯstituta quasi ab excelso rerū cacumine cuncta prospiciat

Tunc ostendit quomodo scientia dei est nominanda dicēs. Itaqꝫ si velis pēsare p̄scientiaz que cuncta cognoscit nō dices diuinam scientiaz eē prescientiam quasi futurum sed rectius estimabis diuinam scientiam esse instantie id est presentie nūq̄ꝫ deficientis. qđ confirmat per ethymologiam huius nominis prouidentia dicens Unde cognitio diuina nō dicitur preuidentia quia illa importat ordinem ad futurum. sed dicitur prouidentia quasi porro id est procul a rebus infimis constituta ab excelso cacumine rerum cuncta prospiciat.

¶ Nota ꝙ cognitio sequiť modum rei cognoscentis. ideo cognitiō et scientia dei sequitur statum et dispositionem dei. Status autem dei est eternus ⁊ presentarius. cum esse diuinum mensuretur eternitate. ergo scientia dei erit eterna ⁊ presentaria. ita ꝙ omnia que sunt preterita et futura. cognoscit quasi sint presentia

¶ Nota aliquis diceret. Non ens non potest alicui esse presens sꝫ preteritum ⁊ futurum est non ens. ergo non potest esse p̄sens cognitiō

diuine. Dicendū ꝙ duplex est non ens. quoddā ꝙ nullo modo est ens et tale nō est realiter pn̄s alicui cum nihil sit. Aliud est non ens nō sim/ pliciter sed qꝛ actu nō est ens. ꝛ licet hm̄oi nō possit realiter coexistere tē pori pn̄ti tn̄ pt̄ coexistere eternitati. qꝛ eternitas cuꝫ sit infinita excedit tp̄s pn̄s extendēdo se ad p̄teritū ꝛ futurū. Et sic p̄teritum ꝛ futurū sunt eternitati coexistētia pn̄tialiter qꝛ in eternitate nō est successio. vn̄ nō se/ ꝗtur. si aliq̇d coexistit eternitati ꝙ ꝓ tāto simplr̄ existat. qꝛ eternitas etiā extendit se ad nō exn̄s sicut ad p̄teritū ꝛ futurū ¶ Notandū ꝙ deo oīa sunt pn̄tia ꝛ sibi nihil est futurū. iō scīa sua nō est dicēda prescia q̄ so/ nat aliq̇d futurū, nec dꝫ dici ꝓuidentia ꝓpter eandē cām. sed dꝫ dici ꝓui/ dentia quasi ꝓcul ꝯstituta a reb; inferiorib; oīa prospiciens

Quid igitur postulas vt necāria fiāt que diuino lumine lustrent̄. cū ne ho mines q̇dem necessaria faciant esse q̄ videāt. Num em̄ ea que presentia cer nis aliquā eis necessitatē tu⁹ addit intuitus. B. Minime. P. Atq̇ si est diuini humaniqꝫ pn̄tis digna colla/ tio. vti vos vestro hoc temperario p̄ senti quedā videtis. ita ille omnia suo cernit eterno

¶ Hic soluit obiectio/ nes sup̄ius factas ꝯtra prouidentiā. Primo er go ōn̄dit qualiter hm̄oi obiectiones soluantur. scd̄o resumit p̄mam ob/ iectionem ipsam fortifi/ cando vt formalius sol/ uat̄. scd̄a ibi. Hic si di/ cas ¶ Circa primū no/ tandū ꝙ tres erāt rōes quarū prima et secunda fundant̄ super hoc ꝙ ni hil pt̄ esse p̄scitum a deo nisi id sit necessariū. ter/ cia fundatur sup̄ hoc ꝙ euentus incert⁹ non pt̄ certitudinaliter cognosci. Facit ergo duo Primo ōn̄dit ꝙ prescia non imponit necessitatē rei p̄scite ꝑ quod soluit̄ p̄ma ꝛ scd̄a rō. Scd̄o ōn̄dit ꝙ scīa dei nō mutat naturā rei sed simul stant certitudo a parte scie et incertitudo a pte euentus. ꝑ quod soluit̄ tercia rō. scd̄a ibi. Quare hec diuina. Primo dt̄. Ex quo deus cognoscit om̄ia tanq̄ pn̄tia. quid igit̄ postulas vt illa fiant necessaria que illustrant̄. i. ꝯprehendunt̄ diuino lu mine. i. diuina cognitione. cū nec homines faciāt ea necāria q̄ pn̄tialiter vident. Verbi grā. ꝙ hō videt in pn̄ti nō facit esse necessariū. Nunq̇d em̄ intuitus tuus dabit aliquā necessitatē eis q̄ tu cernis pn̄tia. dt̄ Bo etius. Minime. Et ph̄ia. Si est digna collatio diuini ꝛ humani intui tus respectu pn̄tis sicut vos videtis q̄dam hoc pn̄ti tēporario. i. in pn̄ti tp̄e ita deus suo eterno intuitu oīa cernit tanq̄ pn̄tia ¶ Nota ꝙ intui tus nr̄ rei pn̄tis nullā imponit necessitatē rei pn̄ti. qꝛ visio Socratis cur rentis nō imponit necessitatē Socrati currenti: qꝛ pt̄ Socrates curre/ re vel nō currere. Sic etiā intuitus diuinus q̇ oīa pn̄tialiter cognoscit nullā imponit reb; necessitatē. sed videt ea pn̄tialiter sicut futura sic ne/ cessario futura ꝛ ꝯtingētia videt ꝯtingenter futura

Prosa sexta

¶ Quare hec diuina prenotio naturam rerum proprietatemq; non mutat. Taliaq; apud se presentia spectat. qualia in tempore olim futura pueniant. Nec rerum iudicia confundit. vnoq; sue mentis intuitu tam necessarie q̃ nõ necessarie ventura dinoscit. Sicuti vos cum pariter ambulare in terra hominẽ. ⁊ oriri in celo solem videtis. quãq; simul vtrũq; conspectũ. tamẽ discernitis. ⁊ hoc volũtariũ. illud esse necessariũ. iudicatis. Ita igit̃ cũcta despiciẽs diuin⁹ intuitus q̃litatem rerum minime pturbat. apud se q̇dem pñtiũ. ad conditionem vero tpis futurarum. Quo fit vt hoc non sit opinio: sed veritate potius nixa cognitio. cum extaturũ q̇d esse cognoscit. q idem existendi necessitate carere non nesciat

¶ Hic ostendit q circa contingẽtia simul stant certa cognitio dei et incertus euentus rei dicens. Quare hec diuina p̄notio quo deus nouit futura illa non mutat ꝓprietatem rerum quo ad necessitatem ⁊ contingentiã. quia non imponit necessitatẽ rei que contingens est sed talia apud se spectat presentia qualia olim prouenient futura. Nec confundit rerum iudicia vt cõtingens faciat non eẽ cõtingens. sed vno intuitu mentis cognoscit tã necessarie q̃ nõ necessarie futura. quod declarat ĩ exemplo dicens. Sicuti vos homines quãdo pariter id est in eodez instanti videtis hominez ambulare in terra ⁊ solez oriri in celo. licz vtrũq; simul sit conspectum tñ discernitis hoc eẽ voluntarium scz hominez ambulare in terra et illḋ eẽ necessariũ scz solẽ oriri Ita silr diuinus intuitus cuncta despiciẽs id eẽ deorsuz aspiciens minime pturbat rerum q̃litatem scilicet contingẽtiam ⁊ necessitatem Rerum dico apud se p̄sentium rõne eternitatis. sz futurorũ ad conditionez tẽporis. Quo fit vt ꝯgnitio futurorũ dei tanq; presentiũ non sit opinio sed cognitio veritate nixa id est confirmata cuz cognoscit aliquid esse extaturum id est futurum q idem non nesciat id ẽ carere potest necessitate existendi

¶ Notandum de hoc q dicitur deum omnia presentialiter cognoscere scilicet preterita ⁊ futura ponunt quidam exemplum de baculo fixo in aqua qui successiue toti fluuio presens est quia partib⁹ eius. sic eternitas simul est cũ toto tempore ⁊ cum omnib⁹ que fluũt in tpe ita q totum tempus ⁊ q̇cq̇d est successiuũ in tẽpore est presens eternitati. vt si ponat̃ eternitas sicut centrũ ⁊ totum tp̄s sicut circũferentia tũc licz cir-

cũferentia continue moueať et pars toti succedat tamen in compatione ad centrũ vniformiter se habet. Aliud exemplũ ponitur de aliquo q̇ vadit p̱ viam. ⁊ non videt homines post se venientes. sed ille q̇ de alta turri respiceret videret totam viam. ⁊ homines p̱ eam transeuntes tam p̄/cedentes q̄ȝ sequentes. sic deus de specula sue eternitatis respiciens. omnia presentialiter videt tam presentia q̄ȝ futura

Hic si dicas. Quod euẽturum deus videt id nõ euenire nõ posse. quod ãt nõ põt nõ euenire id ex necessitate cõtingere neqȝ ad hoc nomen necessitatis astringas. Fatebor rem quidẽ so/lidissime veritatis sed cui. vix aliquis nisi diuini speculator accesserit. Res/pondebo namqȝ. Idem futurum cuȝ ad diuinam notionem refertur neces/sarium. cum vero in sua natura perpẽditur. liberum prorsus atqȝ absolutũ videri.

¶ Hic phia redit ad primam rõnem superi⁹ positam ipsam fortifi/cando vt formalius soluatur et fortificat eam. secũdo soluit. tercio solutionem declarat. secũda ibi. Respondebo. tercia ibi Due em̃. Primo dicit. Si dicas hic obijciẽdo illud nõ posse nõ euenire quod de⁹ videt euẽturũ. q̇a tunc deus falleretur. qđ aũt non p̄t non euenire id ex necessitate contingere. et sic astrin/gas me ad nomen necessitatis vt concedam cõtingens aliquo modo eẽ necessarium. Ergo fate/bor rem solidissime veritatis cui vix aliquis accesserit eam concedendo nisi speculator diuini. i. diuine nature. Tũc soluit obiectionem dicẽs Si coartaueris me vt concedã aliquã necessitatem futuroꝝ. Respondebo Idem qđ futuꝝ est quo ad nos cũ referť ad diuinam notionem cui ip̄m est p̄ñs. dico necessariũ esse. scȝ necessitate conditionata scȝ rõne p̄ñtie. cũ aũt idem futurum perpenditur in sui natura. rõne cuius habet futuritõnem ⁊ inde terminationem in sui cã necesse est videri liberum

¶ Nota q̱ sicut illud qđ in se est cõtingens qñ est nobis p̄ñs rõne p̄ñtie sortiť quandã necessitatez q̄ necesse est ip̄m esse dũ p̄ñs sit. q2 oĩa sunt deo p̄ñtia. rõe istius p̄ñtie in ordine ad ip̄am diuinam cognitõem sortiunť quandã necessitatem licet in sui natura prorsus videanť libera

Due sunt etem̃ nccitates. simplex vna veluti q̱ necesse est omẽs homines eẽ mortales. Altera ꝯditõis vt si aliquẽ ambulare scias. eum ambulare neccẽ

¶ Hic phia declarat solutionẽ p̱ quandã di/stinctionem necessitatis ⁊ eã applicat ad ꝓpositũ Secundo cõcludit ex p̄missis simul stare q̱ ali/qua sunt ẜm se contin/

est. Quod em̄ quisqꝫ nouit id esse aliter ac notū est nequit Sed hec ꝯditio minime secum illam simplicem trahit Hanc em̄ necessitatem nō propria facit natura sed ꝯditōis adiectio Nulla em̄ necessitas cogit incedere voluntate gradientem q̄uis eū tum cum graditur. incedere necessarium sit. Eodē igitur modo si quid ꝓuidētia pn̄s videt. i. necesse est. tametsi nullam habeat necessitatem Atqui deus ea futura que ex arbitrij libertate proueniunt. p̄sentia ꝯtuetur. Hec igitur ad intuitū relata diuinum. necessaria fiūt per cōditionem diuine notionis: ꝑ se vero considerata. ab absoluta nature sue libertate non desinunt

gentia ꝛ incerta que tū eueniūt certitudinaliter in q̄tum a deo preuisa. secūda ibi Fient igitur ꝓcul dubio cuncta Primo dr̄ Que sꝫ necessitates Una simplex que est nccitas nature sicut omnes hoīes nccāriо eē mortales. Alia est necessitas ꝯditōis vt si scias hoiem ambulare illum ambulare necē est. qꝛ qꝺ quisqꝫ nouit illud nō pt aliter eē q̄ꝫ notum est. sꝫ hec ꝯditio .i. necessitas ꝯditionata minime trahit secū simplicem nccitatem. qꝛ nccitatem cōditionis nō facit ꝓpria natura sed adiectio ꝯditionis Nulla em̄ necessitas cogit ābulare voluntarie ambulantē q̄uis nccāriū sit eū ambulare tunc cum ambulat Hāc distinctionē applicat ad ꝓpositum dicens

Eodem mō si quid ꝓuidentia diuina pn̄s videt. illud esse necesse est scꝫ ea conditione qua prouisum est ꝛ qua ponitur sibi presens. quāuis nullā habeat necessitatē nature sed deus omnia futura contuetur tanq̄ꝫ presentia que ex libertate arbitrij ꝓueniunt. igitur hec relata ad intuitū diuinum fiunt necessaria per cognitionem diuine notionis. per se vero id est in sua natura non habito respectu ad diuinam cognitionem ipsa non deficiunt absolute id est a perfecta libertate sue nature

¶ Notandum ꝫm intentionē Boetij ista ratio quicquid est prouisum a deo necessario euenit. soluitur. dicendo ꝙ verum est ꝙ necessario euenit necessitate conditionata sed non nccitate absoluta.

¶ Alij aliter soluunt ꝙ illa ꝓpositio est vera in sensu ꝯposito sꝫ falsa in sensu diuiso Unde cū dr̄. quicquid prouisum est necessario euenit. verū est in sensu ꝯposito quia impossibile est prouisum a deo non euenire tamen in sensu diuiso falsa est. quia euentus rei saltem contingentis in se non est necessarius.

¶ Hic phia ꝯcludit ex predictis ꝙ ista simul stant ꝙ aliqua ſm ſe ſtꝫ ꝯtingētia ⁊ incerta que tñ certitudinaliter eueniunt inquãtũ prouisa a deo Scđo obijcit ꝯtra hoc ibi. Quid igiẽ refert nõ esse necãria. primo dicit Proculdubio cuncta futura sunt que deus preñoscit esse alioquin falleretẽ diuina ꝓuidentia. sed quedam eorũ proficiscũtur. i. procedunt de libero arbitrio. ita ꝙ ꝗ̃tum est de esse ipsorũ pñt non euenire Unde subdit. que ꝗ̃uis eueniant tñ non amittunt ꝓpriam naturam libertatis. qꝛ prius ꝗ̃ fierent potuissent nõ euenire

Fient igiẽ ꝓculdubio cuncta q̃ futura deus esse p̃noscit Sꝫ eoꝝ q̃dam de libero ꝓficiscuntur arbitrio Que ꝗ̃uis eueniant. existendo tñ naturam propriam non amittunt. que prius ꝗ̃ fierent etiam non euenire potuissent

¶ Nota ꝙ tota intentio Boetij sup hoc ꝙ aliquid libere futurũ ex sui natura in ꝯpatione ad presciam diuinam necãrio euenit. ⁊ talis est necessitas ꝯditionata. qꝛ inquãtum p̃uisum est sic necessario euenit sed nõ absolute circumscripta preuisione

¶ Hic obijcit ꝯtra solutionē ⁊ soluit obiectionē. Scđo ꝯtra illam solutionē iterũ obijcit. ibi. Sꝫ si in mea Obiectio in hoc ꝯsistit. Ex quo futurũ ꝯtingēs prescitũ certitudinaliter euenit ⁊ necessario. non videtur esse differētia inter ꝯtingens ⁊ necãrium. Unñ dicit Quid igiẽ refert cõtingentia ⁊ libere futura non esse necãria cũ ipsa eueniant instar. i. ad similitudinē necitatis. Tunc soluit dicēs ꝙ inter euētum necãrium ⁊ ꝯtingētem hoc refert qđ manifestũ apparet ꝑ exēpla q̃ pauloante posui. s. ꝙ sol oriens ⁊ homo gradiēs que dum fiunt non fieri non pñt. ⁊ ita vtrũqꝫ est necãrium sub ꝯditione prescientie. pñtia eñi necē

Quid igitur refert non esse necessaria cum propter diuine scie ꝯditionē. modis omnibus necessitatis instar eueniet. hoc scꝫ ꝙ ea que pauloante proposui sol oriens ⁊ gradiēs homo. que dum fiunt nõ fieri nõ pñt. eoꝝ tñ vnũ prius quoqꝫ ꝗ̃ fieret necesse erat existere. alterũ vero minime Ita etiam q̃ presentia deus habet ꝓculdubio existunt Sed eoꝝ hoc quidem de rerum necessitate descendit. illud ꝓo de potestate facientium. Haud igiẽ iniuria diximus. hec si ad diuinã noticiã referantur necessaria. si ꝑ se considerentur necessitatis esse nexibꝫ absoluta Si

Prosa sexta

cuti omne quod sensibus patet si ad
rōnem referas vniuersale est. si ad se/
ipsa respicias singulare

Est esse dum sunt p̄ntia
sc̄ꝫ vnū eoꝝ.s.sol oriens
prius ꝙ̄ fieret nccē erat
existere Alterū vero .s.
hō gradiens minime hꝫ
nccitatem fieri anteꝙ̄ fiat. Ita etiam illa que deus hꝫ p̄ntia ꝓculdubio
existunt ꝓpter nccitatē cōditionis quā sꝫ preuisa euenire tanquā p̄ntia
Sed eorū que sic sunt preuisa hoc de rerū nccitate descendit sicut solem
oriri. aliud de ptāte facientiū.s.hoīem ambulare Ex quo ↄcludit. ideo
nō iniuria diximus hoc prius ꝙ illa q̄ ↄtingēter eueniūt si referant̄ ad di/
uinā noticiā sunt nccāria scꝫ ex ↄditione diuine scie. Si vero ꝑ se ↄside/
rentur ipsa sunt absoluta a nexibus. i.a vinculis nccitatis qᷦ manifestat
per simile. sicuti si id quod patet sensibus referas ad rōnem tunc est vni/
uersale. Si aūt referas ad sensum tunc est singulare.

¶ Notandū ꝙ si idē relatū ad diuersa potest esse vl'e ⁊ singulare. vi/
detur silr' ꝙ idem ↄpatum ad diuersa possit esse contingens ⁊ nccāriū
